

Si causa efficiens necessaria est,  
 tunc a positione causa ad positionem effectus  
 valet argumentum, non autem valet, si causa est  
 libera. V. g. bene valet: Datur ignis: igitur  
datur calor. Datur sol: igitur datur dies.  
 Non autem valet: Datur homo: igitur de-  
ambulat. quia homo, ut diximus est causa  
 libera deambulationis.

Quando effectus solus provenire po-  
 test ab una causa, tunc a positione effectus  
 ad positionem causa valet argumentum: V. g.  
 quia dies provenit a sole, et non ab alio,  
 et diurnitas, quia solum provenit ab ho-  
 mine, et non ab alio; ideo bene valet  
 argumentum: Datur dies: igitur datur sol. Dy-  
currit: igitur est homo. Si vero effectus pro-  
 venire possit a pluribus causis, tunc a po-  
 sitione effectus non valet argumentum ad po-  
 sitionem causa unius determinate: V. g.  
 quia calor provenire potest a pluribus  
 causis.








\* Mito tibi caput verum veteris Dianae  
\* Anteriora lupi posteriora vanae  
mito tibi navem <sup>u</sup> ~~papa~~ <sup>u</sup> proram  
ca rebe






*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*











M. Felipe Guis ser ver al No. 10

~~10~~



1000







Rhetorica institutio  
 neq[ue] instituta a R<sup>o</sup> P. Fr. Tho:  
 ma Barcelo ordinis Predica:  
 torum, Theologiae lectore, et  
 in Baleari Universitate Rhe:  
 torica Cathedratice.

Proemium.

Transacta Grammatica planitie (dy:  
 cipuli dilectissimi) ad altissimū Parnassi  
 verticem vos advocor: est enim Parnassi  
 montis clarissimo eloquentiae fulgore  
 Myzarum veritate decorq[ue], troporum  
 varietate virgences, ac figurarū flo:  
 rib[us] jucunde vernant, iter autē quo  
 ad hujusmodi culmen pervenitur, est  
 ipsa Rhetorica ars, cuius tanta est  
 dignitas, atq[ue] perfectio, ut omnes alia  
 artes



arte, omnesque scientia incompta et  
inornata sine Rhetorica habeantur,  
nec alij aliqui disciplina in-  
butu, qui in hac una saltem qui in  
~~hac una salte~~ mediocriter non sit eru-  
diti: Hanc igitur Rhetoricam via so-  
lenter accipite, eiusque studio, totij vivi-  
buj, omniaque solertia impendite, ut op-  
tatos eiusdem artis fructus consequi  
valeatis. Valete. &c.

Cap. I. quid sit Rhe-  
thorica, & eius officium

& finis.

Rhetorica est ars vel doctrina  
doctrina dicendi, seu est ars, quae  
docet dicere: dicere autem ~~est loqui~~  
non est loqui ut cumq; sed ornate et  
eleganter, et copiose loqui, ut Quinti-  
lianus docet Lib. 1. et Cic. de Oratore,  
de quo videatur Calepinus in expli-  
catione huius verbi dico. Rhetorica  
igitur addit supra Grammaticam ora-  
tionis ornatum, et elegantiam, sicut  
domui bene constructae superadditur  
novus splendor, et ornatus per superlec-  
tilem: ut liquida constat, quod proprium  
munus, seu officium est dicere, seu  
loqui ornate, et eleganter, non solum  
observando congruam orationis  
Syntaxim



Syntaxim, quae ad Grammaticam pertinet, sed etiam ipsam orationem ornando variis tropis atq[ue] figuris. Finis autem ipsius Rhetorica est persuadere movendo animos audientium, seu ipsos inclinanda ad hoc ut faciant, vel sciant illud, quod orator intendit.

## Cap. 2. de subiecto, seu materia Rhetorica.

Materia, seu subiectum cuiuslibet artis dicitur omne illud, de quo tractat talis ars; Unde subiectum seu materia Rhetorica erit omnis res, quia de qualibet re potest haberi quaestio, circa quam versari potest Rhetorica exercendo suum proprium munus dicendi. Quaestio autem duplex est, una finita, et alia infinita, quae Graece dicitur *Thesis*, et Latine *propositio*.

et dicit

3  
et dicitur illa, in qua quaerimus aliquid  
generaliter non determinando subjec-  
tum, seu personam, neq[ue] aliquam cir-  
cunstantiā particularem temporis,  
aut loci, ut si aliquis quaereret utrum  
conveniens sit Auditori vacare stu-  
dio Rhetorica.

Finite quaestio, quae Graece dicitur  
hipothesis, et Latine causa, quae  
quidem fit, quando quaerimus aliquid  
determinando personam in particu-  
lari, locum, tempus, vel aliquam cir-  
cunstantiā particularem, ut si ali-  
quis quaereret an sit conveniens Pe-  
trum vacare studio Rhetorica? Ex  
dictis patet, quod quaestio infinita fie-  
ri potest. Finite, si ei addatur particu-  
lari circumstantia persona, temporis,  
aut loci: Et similiter finite reddi po-  
test infinita removendo circumstantias  
supra dictas.

cap.



# Cap. 3. de partibus Rhetoricæ.

Quinque sunt Rhetoricæ partes, scilicet Inventio, Dispositio, Elocutio, Memoria, et Pronunciatio. Inventio est rerum verarum excogitatio, vel verisimilium, quæ ad questionem probandam conducere possunt. Dispositio est rerum inventarum collocatio iuxta debitum ordinem. Elocutio est orationis exornatio, quæ fit per tropos et figuras. Memoria est firma in mente retentio eorum, quæ in oratione sunt dicenda. Pronunciatio est <sup>gestus</sup> <sup>et</sup> <sup>modus</sup> <sup>vocis</sup>, vel vocis moderatio proportionata hijs rebus, quæ in oratione sunt dicenda.

Orator enim circa aliquam questionem dicturus, primo excogitare debet  
ea

ea quae invenit, disponere, et disposita  
postea exornare, jamque exornata  
firmiter commendare memoria, ut in-  
tegram orationem tandem debite et  
exornate pronunciare possit.

## Cap. 4. de Elocu- tione.

Quamvis Elocutio tertia sit inter  
Rhetoricæ partes supra enumeratas,  
tamen præcipua est et prima, tum  
excellentiâ, tum utilitate, quæ prop-  
ter ne temporis angustia inexplica-  
ta remaneat, illam in primis vobis  
tradere decrevi. Et postea si tempus per-  
miserit reliquas eius de orationis par-  
tes Rhetoricæ declarabimus. Hoc suppo-  
sito Eloquentiæ, seu Elocutionis par-  
tes præcipue tres sunt: nempe Ele-  
gantia, Compositio, et Dignitas,  
vt



ut aperte docet Cicero libro. 4. ad He-  
rennium cap. 1. Elegantia facit quod  
vnum quoddam pure et aperte dicatur, cu-  
ius duae sunt partes, scilicet Latini-  
tas, et explanatio. Latinitas puritate  
orationis conservat vitando soleci-  
smos et barbarismos. Explanatio red-  
dit orationem clarā et apertā, quod  
fit usurpando verba unitata et pro-  
pria seu rebus, & quibus agitur congruen-  
tia: Oratio enim redditur obscura, si ver-  
bis absoletis et inusitatis abundet.

Compositio Secunda Elo-  
cutionis pars infra a nobis explicabi-  
tur; nunc enim precipue de orationis  
dignitate dicendum est, quia est prae-  
cipua Eloctionis pars. Consistit enim  
dignitas orationis in eius ornatu, seu  
splendore ex tropis, et figuris resultan-  
te, quia sicut pratum floribus, caelum  
sideribus

5  
Syderibus, ita oratio tropij, et figurij ex-  
ornatur; Sciendum est autem, quod tropus  
est alicujus dictionis, vel orationis muta-  
tio a propria significatione ad impropria  
cum virtute quadam, seu aptitudine; ut  
quando dicimus: Respublica floret, pra-  
ta vident, tunc florere quod proprium  
est arborum transfertur ad significanda  
Reipublica opulentia. Et videre quod  
proprium est hominibus transfertur ad pra-  
tiam amenitatem significandam.

Ex tropis aliqui sunt qui in  
vna dictione fiunt, et alij in pluribus;  
Sed in oratione tropi vnius dictionis sep-  
tem enumerantur, scilicet: Metaphora,  
Synecdoche, Metonymia, Antonomasia,  
Onomatopoea, Cathecresis, et Metalepsis,  
& quibus suo ordine sit tractandum. Tro-  
pi autem qui fiunt in pluribus dictio-  
nibus quinque enumerantur, scilicet:  
Allegoria



Allegoria, Ironia, Periphraſis, Hyper-  
baton, et Stiperbole. Et ita ſit.

## Cap. 5. de Meta- phora.

Metaphora Latine translatio accidit cum  
nomen aut verbum transfertur ex loco in  
quo proprium est ad alium in quo non est  
proprium, aut translatio metonymia est, ut  
quando dicimus latae segetes, prata vide-  
tia, nam latari et videre, quod proprium  
est hominibus, et per Metaphoram transfer-  
tur ad segetes, et ad prata.

Quatuor autem modi Me-  
taphora fieri potest. Primo quando fit  
translatio dictionis a propria significa-  
tione ad impropria, ~~scilicet~~ scilicet a rebus  
animatis ad alia animatas: ut Paulus  
ablucrat mihi. Secundo ab inanimatis  
ad inanimata: ut Contentus Caeli. Tertio

ab

ab animatis ad inanimatas: ut prata vi-  
dent. Quarto ab inanimatis ad animatas:  
ut cor lazideum.

## Cap. 6. de Sinec- doche.

Sinecdoche latine conceptio, seu intel-  
lectio contingit cum verbum transfertur  
ad hoc ut per illud intelligamus aliquid  
amplius preter hoc quod proprie signi-  
ficat, et potest fieri octo modis. Primo,  
quando ponitur pars ad significandum to-  
tum: ut puzij pro navi, mucro pro gla-

dio. 2<sup>o</sup> quando ponitur totum ad signifi-  
ficandam partem: ut illud Virg. Xanthique  
bibissent. ubi flavij ponitur pro eius  
aqua. 3<sup>o</sup> quando ponitur pluraliter pro sin-  
gulari: ut illud Virg. Aeneid. 2.

\* Et nos aliquid nomenq; decijq; ~~gessimus~~  
Id est ego gessi. 4<sup>o</sup> quando ponitur sin-  
gulariter



gularij pro plurali. vt illud Virg. Aeneid. 2.  
Vtrumq; armato milite complent: id est mi-  
litibz armatis. Et illud Psalmi 77. Misit  
# in eos canomyiam, et comedit eos, et rana  
et disperdidit eos. Vbi canomyia ponitur  
pro canomyij, et rana pro rany. 4. quod-  
do ponitur geny pro forma, seu ratio co-  
munij pro particulari. vt ovid. lib. 4.

\* Magna minorq; feru<sup>a</sup> quaru regit alte-  
ra <sup>Genis</sup> Vbi feru<sup>a</sup> ponitur pro par-  
ticulari feru<sup>a</sup>. 5. quando e contra ponit-  
tur forma pro genere, seu ratio particu-  
larij pro communi. vt Cicero pro Orato-  
re, Virgilij pro optimo Poeta. 7. quan-  
do ponitur materia pro re, que ex ipsa  
materia fit: vt Pinus pro navi. 8. quod-  
do ex antecedentibz intelliguntur conse-  
quentia: vt illud Virg. Majoreq; ca-  
uant altij de montibz umbra. Id est,  
iam

iam adveperavit. Sed hic nullus est tropus,  
quia non fit mutatio a propria significatione ad impropriam; sed tantum  
est argumentum ab adjunctis consequentibus.

## Cap. 7. de Methonymia.

Methonymia Latine transnominatio, quae  
et Hipallage dicitur, sex modis fieri solet.  
Primo quando ponitur causa pro effectu, seu  
inventor pro re inventa sic: Cereus pro  
pane. Bacchus pro vino. usurpantur in  
illo Comici

Sine cereo, et Bacco friget Venus.

Secundo quando sumitur effectus pro causa.  
ut scelus pro scelerato, vel quando hoc  
quod est proprium effectus, attribuitur  
causa sic timor dicitur fugans mors pallida.  
Sic illud. Virg. Aeneid. 6.

Pallentes habitant morbi tristesque senectus.

Scit.



Tertio, quando ponitur continens pro conten-  
to. Ut Roma pro Romanis. Sic illud Chry-  
# ti Dñi. Hierusalem qua occidisti Prophetas  
et lapidasti eos qui ad te missi sunt. Vbi  
Hierusalem pro ponitur pro civibus eius-  
dem Civitatis. Quarto é contra quando  
ponitur contenti pro continente ut illud  
Virg. Aeneid 2.

\* Et vina coronant.  
Id est vasa plena vino. Sic etiá dicimus  
Accipit tuas literas, id est tuas epistolas in  
quibus literae continentur.

Quinto quando ponitur possessor  
ad significanda rem possessam. Ut Rex  
vel Dux ad significandos proprios mi-  
lites. Sic illud Virg. Aeneid. 2.

\* Tam proximus ardet Ucalegon, id est Uca-  
legontis domus. Sic etiam dicimus: Hys-  
paniarum Rex devicit gathos; id est  
omilites Regis Hispaniensis.

• • Sexto

8  
Secundo tandem quando signum ponitur pro  
re cuius est signum. ut arma pro bello.  
togae pro pace. Sic illud Ciceronij. Cedant  
arma togae concedant Laureae lingua.

## Cap. 8. de Antho- nomasia

Anthonomasia latine positio loco nomi-  
nij fit quando praetermisso proprio no-  
mine, loco ipsius nominij ponimus aliquod  
epitetum ad rem vel personam signifi-  
candam, ut illud Virg. 6. Aeneid.

\* Tros Anchiyade facili degeny averni  
Id est, O Aenea Tros Anchisia  
de etc

Frequentius fit Anthonomasia  
quando propter excellentiam attribuimus  
vni, quod pluribus convenit sic dicendo.  
Philosophum intelligimus Aristotelem,  
et per Apostolum, divi Paulum.

Ad



Ad huc tropum necesse est ut proprius nomen  
praetermittatur praeter id quod proprie  
significat, et loco illius ponatur Epithetum.  
Si enim exprimatur nomen proprium,  
tunc non est Anthonomasia quamvis  
epithety abundet; et ita, Tros Anchisia:  
De est anthonomasia. Minime vero si  
dicatur. O, Aenea Tros Anchisiade.

Epithetis  
naturalibus, ut caecida nix, humida  
vina, calidus ignis. Ac ne vix uti de-  
bet Orator quidem, Poetae autem liberè  
permittuntur; quae vero Epitheta em-  
phaticam habent plurimè exornant ora-  
tionem: ut Cui in Marcum Antonium Philis-  
pica 2<sup>a</sup>: Quibus faucibus, ijs lateris  
bus, ista gladiatoria totius corporis  
firmitate tantum vini ebrietate  
auxilij, ut tibi necesse fuerit vo-  
mere postridie.

cap.

# Cap. 9. de tribus

aliis Tropis, qui fiunt in vna  
sola dictione.

Catechisej latine ab usis non habentibus nomen proprium accommodat alienum quod in proximo est: Sic parvicida quod proprium est eius qui Patrem occidit, accommodatur etiam ei, qui fratrem aut sororem occidit, vel alium consanguineum; Sic etiam pycina sumitur pro omni lacu, quamvis caveat pycibus. Sic etiam Virg. edificare pro fabricare posuit *Aeneid.* 2.

\* Instar motis, eorum divina Palladij arte edificant.

Differre autem tropus a metaphora, quia metaphora a re multis diversa et remota transfert dictione cum similitudine: quid enim remotius quam arbor et



et res publica? et tamen per metaphora dicimur: Respublica flores, transferendo florere, quod proprium est arbori ad Respublicam; Catechrysi autem transfert dictionem a re proxima ad aliam propinquam, ut parricida sumitur pro occisore matris, aut sororis, aut fratris, qui propinquus est patri.

Metalepsij latine transumptio fit cum ab uno ad aliud via praestans, alterius rei significatione denotat cum qua connectionem habet, sic ibid Virgilij Egloga 1<sup>o</sup>.

\* Post aliquot mea Regna videri miratur aristas.

Ubi Poeta post aliquot aristas posuit ad significandum et denotandum post aliquot annos, quia ariste cum habeant connectionem cum estate, viam praestat nobis, ut intelligamus post aliquot annos, et

et similiter die & estate respectu <sup>annu</sup> annu:  
 Unde in hoc tropo fit quedam gradatio tria=  
 secundo ab una ad aliam rem, ut patet in ex=  
 emplo adducto, et clarius in sequenti quod  
 est Ovidij. Lib. 5. Tristiu Elegia Unde=  
 cima, ubi ad significandū et denotandū  
 quod jam per tres annos incoluerat Pon=  
 tum, sic dixit:

\* Ut sumus in Ponto ter frigore constet Isler

\* facta est Cuvini Durates unda maris

Onomatopea, id est fictio vocis,  
 fit quando novae dictiones et verba fin=  
 gimus ad significandū aliquid expressis;  
 tale est illud

\* At tuba terribili sonitu taratantava dixit

ubi dictio taratantava ficta est ad ex=  
 primendum sonitu tubae. Quatuor autē  
 modis possunt verba noviter fingi apud  
 Latinos. Primo similitudine. 2<sup>o</sup> imi=  
 tatione. 3<sup>o</sup> intellectione. 4<sup>o</sup> tandem  
 adjectione



adjectione. Similitudine finguntur nova  
verba, quando ad similitudinem unius ver-  
bi aliud fingimus, ut quando ad similitu-  
dinem huius verbi Greco quod signifi-  
cat Greco imitari fingimus ista alia:  
Balearico, Ciceronico, Hispanico, Ho-  
merico, et similia.

At ~~Ad~~ huiusmodi verba, quae per  
similitudinem fiunt sunt quadruplici  
terminationi, quaedam enim terminantur  
in urio et significant animi desideria,  
ut comesturio, lacturio, cenaturio,  
et alia huiusmodi. Alia sunt, quae  
terminantur in zo et significant imi-  
tationem alterius, ut Ciceronico est.  
~~Ad~~ huiusmodi verbi desinentibus in  
zo, ablata o, et addita Syllabamus  
formantur nomina, quae significant  
ipsam imitationem alterius, ut a Ci-  
ceronico fit ciceronimus est. Alia  
Sunt

Alia sunt verba deponentia in sco, quae  
Significant incohatione seu principium  
alicujus actionis, ut duvesco eij. Ultimo  
tandem sunt alia verba deponentia pri-  
mae conjugationis, quae tertia personam  
Singularem presentis temporis modi in-  
dicativi habent terminatam in atur,  
et hujusmodi verba significant occupa-  
tionem, exercitium, sive studium circa ali-  
quam rem, ut Petru grammaticatur, id  
est, Petru Grammatica studet. Sic etiam  
dicimus Philosophatur, rusticatur, gra-  
catur, et alia hujusmodi.

Secundo finguntur seu novantur  
verba per imitatione, quando scilicet dic-  
tio quae fingitur imitatur sonum rei signifi-  
cate, sicut dicitur Tarantata Taratantata  
imitatur tubae sonum quae significat; hoc  
est maxime proprium Onomatopoea, sic  
etiam dicimus pipire pro voce pullorum,  
grunire



grūnire pro voce suum, rugire pro voce  
leonum. Tertio finguntur verba per  
inflexionem, quando scilicet ab una di-  
tione deducuntur addendo novas inflexiones  
seu terminationes, ut à bibo bibosus, et bi-  
balus, ab ocrea ocreatus.

4<sup>o</sup> tandem finguntur verba  
per adjunctionem, quando scilicet ex duabus  
dictionibus adjunctis componitur alia, ut  
causidicus ex dictione causa et ex verbo  
dico componitur, versutibog ex nomine  
versutus, et à verbo loquor.

Advertendum est autem quod  
in oratione saltē raro uti debent verbi  
ficti, seu noviter inventi, et tūc quan-  
do iidem utimur modeste, et cū aliqua exe-  
cutionis formula faciendum est, ut si fas  
est dicere, vel Erasmus Lutherizat, vel  
Luthero Erasmusizat.

~~Et ad hunc modum et cetera.~~

cap.

# Cap. 10. de plu- rium dictionū Tropis.

Huc usq̄ tractavim⁹ de Tropis qui fiunt  
in una sola dictione, nunc autem restat  
vt tractem⁹ de alijs Tropis, qui fiunt in  
plurib⁹ conjunctis, seu in oratione, qui  
quidem Tropi tantū sunt quinq̄ scilicet:  
Allegoria, Ironia, Periphraſis, Stijer-  
caton, et Stiperbatijs.

Allegoria latine dicitur inver-  
ſio, quia totam orationē invertit tranſfe-  
rendo illam a propria ſignificatione  
ad impropriam, per quod diſtinguitur  
a Metaphora, quæ ſolū tranſfert unā  
dictionem, vt quando dicim⁹: mare ru-  
git. Allegoria autē non ſolū tranſfert  
unā dictionem, ſed totā, et integram ora-  
tionem, vt illud Horatij libro. 1. ode. 4.  
\* O, navij referent in mare te novi

Flucty



\* Fluctus, a, quid agi, fortiter occupa

\* Portum non ne vide, ut

\* Nudum remigio latus

Ibi enim integra oratio transfertur à propria significatione ad impropiam, quia navis sumitur pro Republica, fluctus pro bellis civilibus, portus pro pace, remigium pro exercitu. Si vero allegoria nimis obscura sit, et difficulti intellectu, tunc dicitur Enigma quale est illud: Mater me genuit, quae rursus gignitur ex me. Per quod significatur nix, quae gignitur ex aqua, et ex ipso nive rursus generatur aqua.

Ad Allegoriam etiam pertinet parabola, quae multum frequens est in Sacra Scriptura, praecipue in Evangelii, quales est illa de decem virginibus, quae exierunt obviam Sponso, et Sponse Mathei 25. Vbi per decem Virgines

• intelli-

13  
intelliguntur omnes fideles. Quing<sup>3</sup> prudentes significant iustos, et quing<sup>3</sup> fatuae designant peccatores. Sponsus denotat Christum, et Sponsa Ecclesiam.

Sub allegoria etiam continetur  
Paremia, quae Latine dicitur Proverbium, et est celeberrima aliqua sententia quae allegorice significat aliquid ab bono, mo-  
res pertinens, quale est illud  
Ea domus ex furto durabit tempore curto.

Per quod significatur quod bona seu di-  
vitiae, quae per furtum acquiruntur pa-  
rum durant. Sic etiam est illud Christi  
Dni: Medice cura te ipsum. #

Quod allegorice dicitur de ho-  
mine volente corrigere alios de aliquo  
vitio, quo ipse laborat. Huiusmodi Pare-  
mii plurime exornatur oratio, et iisdem  
maxime illustratur Poesij.

Ironia Latine dicitur illusio,  
et



et fit quando verby aliquid dicim, et  
omnino contrarium intendim signifi-  
care, ut quando de aliquo dicim, quod  
est bonus auditor, vel Grammaticus, et sig-  
nificare volumus quod est malus Gram-  
maticus, vel auditor. Ex triplici autē ca-  
pite cognosci potest Ironia.

Primo ex ipso tono pro-  
nunciationis cognoscitur, seu ex modo  
quo pronuntiamus, ut quando dicimus:  
Certe Antonius est magnus Rhetoricus  
et Poeta est. Haec enim verba modo il-  
lyorio pronuntiata Ironiam conti-  
nent. Si vero aliter pronuntientur,  
nulla erit Ironia. Secundo cognosci  
potest Ironia ex ipsa persona de qua  
loquimur, quando scilicet de illa dici-  
mus aliquid, cuius contrarium manifeste  
illi convenit: Ut quando Athiopem vo-  
cavimus album, mulierem deformem  
dicimus

dicimus pulchra, et hominē puillū nomi-  
nam, gigantem. 14

3<sup>o</sup> tandem cognoscitur Iro-  
nia ex ipsa rei natura, et hoc contingit  
quando verbis præcedentibus aliquid cō-  
trariū adjungimus, ut quando dicimus: for-  
tissimus miles et magnanimus est Anto-  
nius, qui audito primo tubæ sonitu timo-  
re percussus, relicti armis fugit e prælio.

Periphraseos  
latine circumlocutio, fit quando pluri-  
bus verbis utimur ad significandū id,  
quod unico verbo vel paucioribus dici po-  
terat; Duplici autem causa fieri potest  
Periphraseos. Primo ad evitandā locutionis  
turpitudinem, sic exonerare alvum,  
purgare ventrem dicimus ad evitandam  
turpitudinem hujus vocis cacare. Simi-  
liter hispanice dicimus animam de cerda  
ad evitandā turpitudinē hujus vocis. puerco  
2<sup>o</sup> fit



2<sup>o</sup> fit Periphrasij ad majore oratio-  
nij ornatum, quod quidem vsitatissime est  
tam Oratoribz quã Poety. Sic illud Ori-  
dij lib. 3. tritium Elegia 1<sup>o</sup>. ubi de in-  
~~venuandum~~ significandũ quod jam erat  
tempus media noctij dixit

\* Jamq; quiescebant voces hominũ scanumque  
\* lunã nocturnã alta regebat equos.

Hyperbole latine excessus  
vel ~~superfluitas~~ dicitur, et fit quãdo au-  
gemus vel minuius rem excedendo ab  
ipsa veritate; et ideo sũt <sup>due</sup> species hyper-  
bolij, una dicitur auxesij, quã scilicet  
auget rem supra id quod est. Sic Virgilij  
Æneid. 16. loquens de quibz dã equij dicit:

\* Qui candore nivej anteivent cursibz auraj.  
Sic per auxesim dicimus: Tollentur ad  
æthera fluctus, lambebant Sydera flam-  
ma, et alia hujusmodi.

Alterã species dicitur miosis, seu

• diminutio

15  
diminutio, quia minuit rem intra id  
quod re vera est: Sic illud Plauti: ~~Ata~~  
~~atq; pelligi sum in captivij:~~ Ata atque  
pelligi sum misera macritudine. Sic de  
pujillo homine dicimus, quod non est pu-  
lice major; verumtamen tam in augen-  
do, quam in minuendo modus quidam  
servari debet, quia quamvis hyperbole  
sit supra veritatem, non tamen debet ef-  
se supra modum.

Hic tropus frequentissimus est  
non solum apud Poetas, verum etiam  
apud Oratores. Unde Cic. in Marcum  
Antonium dixit per auctissim: Oceanus  
medius fidius vix videtur tot res tam di-  
sipatas, tam distantibus locis positas tam  
cito absorbere potuisse.

Hiperbaton vel hiperbasi latine  
dicitur trasgressio, vel transpositio, quia  
Cicitiones transponit contra communem  
orationis



orationis ordinem. Hujus tropi quatuor  
numerantur species, scilicet Anastro-  
phe, Dialysis, Paresis, et hystorologia.

Anastrophe Latine inversio parte  
orationis invertit ponendo primo loco  
illam, qua in secundo collocari debebat.  
Sic illud Ciceronis pro lege Manilia  
Quo de nunc agimus id est, de quo nunc  
agimus. Similiter dicimus: Italiam con-  
tra, id est contra Italiam. Quibus & re-  
bus, id est, de quibus rebus; et alia hujus-  
modi, qua plurimum exornant tra orationem  
quam Poetis.

Dialysis dicitur Latine dicitur  
dissolutio, quia dissolvit, seu dijungit se-  
sum orationis interponendo aliqua alia  
sententia, qua vulgo dicitur parenthe-  
sis. Sic illud Virgilij Aeneidos 10.

\* Aeneas (neg) enim patrius consistere mente  
\* passus amor) rapidum ad navey prevenit Acha-  
dem.

Comesij

Imejj latine dijjunctio una dictionem dijjungit in duas interponendo aliquid aliud, et hac precipue fit in dictionibz compositis. Sic illud Virgilij, Aeneidos 6. dictionem istam hacteng dijjit in duas dicens:

\* Hac Troiana teng fuerit fortuna secuta  
Et alibi — Septem subjecta trioni  
Id est Septemtrioni.

Imejj olim fiebat in dictionibz etiam simplicibz. Unde Plautus dixit: Saxo cere minuit brum. Id est, Saxo minuit cerebrum. Verumtamen hoc ja non est in usu; sed in dictionibz compositis, non solu in versu, sed etia in oratione possumus uti, ut fecit Cicero pro Sextio dicens: Quod judicium cumq subierat, damnabatur. Id est quodcumq judicium subierat damnabatur.

Hystero-logia, latine prepostera locutio, fit, quando ultimo

Picinus



dicimus, id quod primo factum fuit, et e  
contra. Sic illud Virgilij, *Aeneidos* 3<sup>o</sup>  
\* Postquam altos tetigit fluctus, ad aequora venit.  
Primum est enim venire ad Aequora, quam  
tangere fluctus: et tamen Poeta hoc primo  
loco ponit, et illud quod primum erat ultimo  
dixit.

## Cap. 11. Quid, et quotu- plex sit figura.

Figura, grece dicitur Schema, et Lati-  
ne ornatus, seu vestitus, quia ora-  
tionem vestit et ornat. Unde figura  
nihil aliud est, quam confirmatio seu  
exornatio quoddam orationis remota  
a communi modo loquendi; quamvis  
autem figura et tropus conveniant in  
hoc quod est ornare orationem, differunt  
tamen inter se.

se. 1<sup>o</sup> quia tropus fieri potest in una sola di-  
tione, figura autem minime. 2<sup>o</sup> quia tropus fe-  
ri non potest, quin deus translatio a propria  
significatione ad impropria, figura autem absq[ue]  
translatione fit.

Duplex est figurarum gens: quada[m]  
enim sunt figura verborum, et quaedam sente-  
ntiarum: Figura verborum dicuntur illae, quae  
conspiciunt in determinata collocatione verbo-  
rum; quae ablata, aufertur figura. Quatuor  
autem modi fieri possunt figura verborum.  
1<sup>o</sup> per adiectionem. 2<sup>o</sup> per detractionem.  
3<sup>o</sup> per similitudinem. 4<sup>o</sup> tandem per  
dissimilitudinem. De figuris sententia-  
rum infra tractabimus, nunc autem de  
figuris verborum suo ordine dicendum  
est. Et ita sit. Cap. 12. de figuris.

# Cap. 12. de figuris

quae per adiectionem fiunt.

Repetitio



Repetitio una ex figuris, quæ per adjectionem fiunt, et fit quando idem verbum in principio orationis pluries repetitur. Sic illud Ciceronis Philippica 2<sup>a</sup>. Accusa Senatum, accusa equestrum ordinem, accusa omnes ordines. Et illud Psal. 28.  
# Vox Dñi in magnificentia, Vox Dñi in virtute, Vox Dñi confringentes cedros, vox Dñi super aquas.

Si vero idem verbum seu eadē dictio pluries repetatur in fine orationis, tunc committitur alia figura, quæ dicitur conversio. Sic Cicerone in Marcum Antonium Philippica 2<sup>a</sup>. Doletis tres exercitus populi Romani interfectos? Interfecit Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflictam est? Deideratos clarissimos cives? eos quoque eripuit vobis Antonius. Auctoritas ordinis afflictam est? Afflicti  
Antonius

Antonig. Similiter etiā Apostolus, 1<sup>a</sup> ad  
 Corinthios cap. 14. Unusquisq; vestru<sup>m</sup> #  
Psalmu<sup>m</sup> habet, doctrinam habet, Apoca-  
lypsim habet, linguam habet, interpre-  
tatione<sup>m</sup> habet.

Complexio figura que simul  
 complectitur duas procedentes, scilicet  
 conversione<sup>m</sup> et repetitione, quod quide<sup>m</sup>  
 contingit, quando una dictio pluries re-  
 petitur in principio <sup>tertia</sup> ~~dictio~~, et alia <sup>oratio-</sup>  
 in fine; ut videre est in hoc exemplo <sup>ni</sup>  
 Ciceronii pro lege Agraria: Qui<sup>m</sup> Legē  
tulit? Rullig. Qui<sup>m</sup> majorem populi  
partem suffragi<sup>m</sup> prevaluit? Rullig.  
Qui<sup>m</sup> comiti<sup>m</sup> prae fuit? Rullig. Et in  
 illo Psalmē 135. Confitemini D<sup>no</sup> quo- #  
nia<sup>m</sup> bonu<sup>m</sup>, quoniam in aeternu<sup>m</sup> mise-  
ricordia ei<sup>us</sup>. Confitemini Deo Deoru<sup>m</sup>,  
quonia<sup>m</sup> in aeternu<sup>m</sup> misericordia ei<sup>us</sup>. \*  
Confitemini D<sup>no</sup> Dominoru<sup>m</sup>, quoniam  
 in



in aeternam misericordiam eius.

Anadiplosis figura est,  
quae Latine dicitur geminatio dictionis,  
et fit quando sententia aliqua finitur  
eadem dictione qua incipit sententia  
sequens: sic illud Virgilij, Egloga 10<sup>o</sup>.

\* Pierides vos haec facietis maxima Fallo.  
\* Fallo cuius amor tantum mihi crescit in horis.

† Et etiam illud Psalmi 121. Stante erant pedes  
nostri in atriis tuis Hierusalem; Hierusalem  
quae edificatur ut Civitas.

Epanalepsis Latine repetitio senten-  
tia fit quando sententia aliqua incipit, ac-  
quiritur, et finitur eadem dictione,  
quae figura frequentissima est apud  
Poetas, ut illud Virgilij, Egloga 7<sup>o</sup>.

\* Ambo florentes aetatibus Arcades ambo.  
Et Aeneidos 1<sup>o</sup>.

\* Multa super Priamo rogitant super Hec-  
tore multa

Ovidij

Ovidij etiā epistola ad Atticū dictione  
incoharit et finivit iisdem dictionibus  
in hunc modum

\* Militat omniū amari, et habet sua cas-  
tra cupido,

Attice crede mihi, militat omniū amari.

Auctoribus etiā familiaris est hæc figura,  
ut videre est in illo Ciceronis pro Mar-

co Marcello: Vidimus tuā victoriam  
preliorū exitu terminatam, gladium  
vagina vacuum in orbe <sup>non</sup> vidimus. Sic

etiam illud Psalmi 82. Deus quis tibi  
miliū erit tibi? Ne taceas neque compe-  
scaris Deus.

Epizeuxis latine geminatio  
figura est, quæ geminat dictione ali-  
quā nihil aliud interponendo, quod qui-  
dem fit tam in Poesi, quā in oratione  
usitatissimū est. Sic illud Virgilij  
Aeneidos 9.

Me



\* Me me adu'su qui in me convertite ferrum.  
Et illud Horatij, Epistola 1<sup>a</sup>.

\* O civey civey quærenda pecunia primu' est.  
In sacra etiam Scriptura frequens est  
Epiqueuxy, ut videre est in illo Mathei

# 23. Hierusalem Hierusalem quæ occi-  
dis Prophetas, et lapidas eos, qui ad te

# mihi sunt. Et Psalmo 121. Muc enim af-  
cenderunt tribus tribus Dni.

Polyptoton latine transductio  
seu variatio figura<sup>l</sup>, quæ eandem dictio-  
nem repetit, sed variatâ per diversos  
casus, vel diversa genera. Exemplu'  
de casus variatione habetur in illo  
Virgilij, Aeneidos 4.

\* Littora littoribus contraria fluctibus undas  
\* Imprecor arma armis pugnat ipsiq; nepotes.

Alibi est etiam exemplum illud in quo  
hoc nomen vanitas per omnes casus va-  
riatur in hunc modum: Cum vanitas

20  
si vanitatis filia, et vanitati vanitatem  
procreet, o, vanitas quid vanitate va-  
nitas? De variatione generis frequens  
est exemplum apud Oratores, sic illud Ci-  
ceronis actione 7<sup>o</sup> in Verrem: Certus  
iudex certa lex, certum tribunal. Tale  
est etiam illud ad Ephesios 4. Unus Deus #  
una fides, unum baptisma.

Epanados Latine regressio  
figura quae regreditur, seu retro graditur,  
repetendo ea, quae prius dicta erant, ut  
oratio clarior, et illustrior appareat:  
sic illud Ovidij epistola 2<sup>o</sup>.

\* Demophoon ventis, et verba, et verba dedisti;

\* verba quoror reditu, verba cavere fide.

Sic etiam ad Romanos 11. Vide ergo boni- #  
nitatem et severitatem Dei: in eos quidem  
qui ceciderunt, severitatem: in te autem  
bonitatem Dei.

Synonimia, quae Latine  
dicitur



dicitur similitudo nominis, vel dictionis  
figura est, quae multiplicat dictiones si-  
miles, vel similem significationem ha-  
bentes. Ita illud Ciceronis oratione in  
Catilinam: Egredere ex urbe Catilina,  
patent porta, proficiscere. Similiter  
# etiam Psalmi 105. Peccavimus cum pa-  
tribus nostris, iniuste egimus, iniquita-  
tem fecimus.

Polysintheon Latine plura-  
litas conjunctionis figura est, quae con-  
junctiones multiplicat, quae quidem apud  
Poetas usitatissima est, ut videre est apud  
Virgilium Georgicorum 3<sup>o</sup>.

\* Armasq; armisq; ungue; caenam, Crisaeq;  
38 ha velram

Oratoribus etiam non infrequens est huius-  
modi figura. Sic Cicero oratione 6. in  
Mc Verrum: Neq; privati, neq; publici, ne-  
que prophani, neq; sacrilegi in Cilicia  
quid quid reliquisset. Similiter Psalmo  
40.

40. Dñs conseruet eum, et uiuificet eum, et bea- #  
tum faciat eum, et non tradat eum in ma-  
nibus inimicorum eius.

Epimenon, qua latine dicitur  
perseuerantia figura est, qua fit quan-  
do in eadē Sententia perseueramus pluries,  
eā iterando, vel repetendo, ut fecit Virgi-  
liu Egloga 3<sup>o</sup>. Ubi pluries repetit hanc  
Sententiā, istudq; carmen.

\* Incipe menalios meū mea tibia vers9. #

Psalmo etiā graeque 106. multoties iterat  
Sententiā istam: Confiteantur Dño mi- #  
sericordia eius, et mirabilia eius filij ho-  
minū. Ad huiusmodi autem figurā requi-  
ritur quod sententia non repetatur sta-  
tim, sed post aliqua alia interposita,  
ut videre poterit in exemplis supra  
adductis.

Disjunctio figura est, qua sin-  
gulis orationis membrij seu partibus  
propriis





proprium verbum accommodat, ad unicum verbum  
sufficeret pro omnibus. Exemplum desumi  
potest ex illo Ciceronis pro Archia Poe-  
ta: Homerum Choloophonij, civem esse di-  
cunt suum, Chij, suum vendicant, Sakami-  
nij repetunt, Imina vero suum esse con-  
firmant. Vbi plura verba apposuit, et  
omnia unico verbo dici poterat. Sic etiam  
Apostolus 1<sup>a</sup> ad Corinthios 13. hac figura  
# Utens dixit: Sive prophetia evacuabun-  
tur, sive lingua cessabunt, sive scientia  
destruetur.

Chimix latine dicitur grada-  
tio, sive scala figura est, qua plures se-  
ntentiaj unico verbo conjungit concate-  
nando eas, et quasi gradatim ab una ad  
alia procedendo. Sic Virgilij Georgi-  
corum 2<sup>o</sup>.

- \* Torva Leena lupi sequitur, lupo ipse capella,
- \* Florenti Syrisu sequitur lasciva Capella.

Similiter

Similiter etiā ad Romanos 4. gradatio fit  
in illij verby: Tribulatio patientiā ope- #  
ratur, patientiā autē probationē, probatio  
vero Spem, spe autem non confundit.

Gradatio etiā in vulga-  
ri sermone plurimū venustati habet, ut  
videre est in sequentib; exemplij: La her-  
-mosa primavera adorna los prados &  
-hyervas, las hyervas & ojas, las ojas de  
-verdura; la hermosa primavera miy ma  
-vista los arboles de renuevos, los renuevos  
-de flore, las flore & ojas, y las ojas &  
-pintados matizes, ella llena los campos  
-de ~~jardines~~ hermosos jardines, los jardines  
-de Rosas, y las Rosas de hermosuras; ella  
-llena los tocos & parleras avej, las avej &  
-viboras plumas, y las plumas de hermosos  
-colores.

Duplex est autē gradationis specie, scilicet  
per augmentum, et per decrementum.

Gradatio





Gradatio per augmentū fit, quando re augemur,  
quasi ascendendo per quosdā gradus a rebus in-  
fimis ad supremas. Ut videre est in illo Cice-  
ronij oratione 7<sup>o</sup> in Verrem: Facing est vin-  
ciri civem Romanū, scelus verberari, pro-  
pe parricidium necari, quid dicam in cruce  
tolli?

Gradatio per decrementū fit incipi-  
endo a rebus summis et descendendo ad infi-  
mas, ut videre est in hoc exemplo. Turpe  
est a superiori vinci, ab aequali turpius;  
turpissimū vero ab inferiori superari.

## Cap. 13. de figuris

qua per detractionē fiunt

Figura per detractionē ideo dicuntur tales,  
quia detrahunt, vel auferunt ab oratione  
aliquā dictionē, et hoc modo fiunt sequen-  
tes figurae. Prima Synechdoche, et latine  
intellectio, seu conceptio, quae quidem  
detrahit

Detrahit verbum ab oratione, quod facile subintelligi potest. Ut videre est in illo Ciceronis ad Brutum. Sermo nullus nisi de te, supple, habetur, vel est. Et in illo Psalmi 138. v. 38. Thronus eius #  
sicut sol in conspectu meo semper. Supple, est. Differt autem haec figura ab illa Synecdoche, quae est tropus, quia illa in una sola dictione fieri potest, haec autem solum in oratione.

Aporiopej Latine Sermonij interruptio figura est, quae sermone inceptum interruptit, illumque incompletum relinquit, et hoc ad exprimendum aliquem affectum animi, praecipue irae. Sic Dei Veni <sup>Non dicitur</sup> apud Virgilium Aeneidos 1. iratus, contra ventos, quia tempestate in Troianos excitaverat, ita locutus est:

\* Quos ego, sed motos praestat componere fluctus  
Sic etiam illud Psalmi 6. v. 4. Anima #  
mea



mca turbata est valde, sed tu Dñe usquaque?

Asyndeton, id est sine  
conjunctionibus figura est, qua contra-  
viatur Polysyndeton, aufert enim conjunc-  
tiones ab oratione, ut contingit in illo  
Ciceronij pro Archia Poeta: Haec studia  
adolecentia abunt, senectute oblectant, se-  
cundae res ornant, adversis per fugium  
praebent. Ita etiam illud Psalmi 69. v.

# Jubilate Deo omni terra, psalmum  
Dicite nomini eius, date gloriam laudi  
eius.

Zeugma latine adjunctio figura est,  
quae est contraria dyjunctioni: sicut enim  
dyjunctionio pluribus sententijs tribuit plu-  
ra verba, ita adjunctio plurimam sententiam  
jungit sub uno solo verbo, ut videre est in  
illo Ciceronij pro Cluentio: Vicit timore aida-  
cia, pudorem libido, ratione amentia. Et in illo  
ad Ephesios 4. v. 31. Omni amaritudo, et ira et  
indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur  
a vobis

~ Syptotey.

Leptotes latine reticentia figura  
 est, quae quidem fit, quando minus dicitur  
 et plus intelligitur, ut videre est in illo  
 Virgilij Aeneidos i  
 \* Non ignara malij myerij succurrere dyco  
 Vbi ignara malij ponitur pro multum  
 experta, et in malij maynoperce exerci-  
tata. Cap. 14. de figuris quae fiunt.

# Cap. 14. de figuris

quae fiunt per similitudine  
 Figurae per similitudine dicuntur illae  
 quae in similitudine dictionum conjungunt,  
 quarum prima est Paronomasia, et latine  
annominatio, seu similitudo nominum,  
 et fit quando in oratione dictionibus  
 utimur, quae inter se similes sunt quan-  
 tum ad omnes syllabas, vel saltem qua-  
 tum ad aliquas, sed tamen habent di-  
 versam significatione, ut videre est in  
 sequens





sequentibus exemplis: Sibenter veniam, si  
dedery veniam. Iucundum est amari, si  
in amicitia non est aliquid amari. Dili-  
gere debet, que velij diligere. Omnes mor-  
taley sumus, sumus et humus.

Omeoptoton, id est simi-  
liter cadens figura est, que plures dictio-  
ney similiter cadentes, seu similem casum  
habentes in oratione collocat, et ideo hac  
figura solum habet locum in illis par-  
tibus orationis, que casibus flectuntur,  
ut sunt nomen, pronomen, verbum et par-  
ticipium. Nam verbum suos etiam habet  
casus, scilicet modos, tempora, numeros,  
et personas, et ita si in oratione reperi-  
antur plura verba eius de temporis, nu-  
meri, modi, et persone, tunc fiet similiter  
cadens, sicut etiam quando reperiuntur  
plura nomina eius de numeri et casu.

De nominibus exemplum

Sumi

de sumi potest ex illo Ciceronij pro lege  
Manilia: Quanta <sup>innocentia</sup> ~~ingenua~~ debent esse Im-  
peratorij, quanta in rebus temperantia, qua-  
ta felicitate, quanto ingenio, quanta huma-  
nitate? Ibi enim plura videtis nomina in  
casu ablativi singularij numeri. De verbis  
etiam exemplum habetis in ipso Cicerone  
pro Archia Poeta: Hunc ego non diligam,  
non admirer, non omni ratione defenden-  
dis potestem? Illa enim verba, diligam,  
admirer, potestem sunt quidem temporij eiu-  
dem temporij, numeri, modi, et personae.

Homeoteleuton Latine similiter  
desinens figura est ponens in oratione plu-  
res dictiones, quae similiter desinunt, vel  
simili modo terminantur, ut videre est in  
illo Ciceronij pro lege Manilia: Ut eius  
super voluntatibus, non modo cives assense-  
rint, socij obtemperarint, hostes obedierint,  
Sed etiam venti, tempestates, & obsecundarint.

Ibi



Ibi enim fit similiter desinen, quia omnia  
verba desinunt in vint. Differt autē hęc  
figura a precedenti, quia illa solū fit in  
dictionibus, quę flexi possunt: Hęc autē fit  
in dictionibus inflexis, dummodo similiter  
terminentur, ut patet in hoc exēplo: Studet  
jucundē, loquitur facundē, et vejitur abun-  
de.

Isocolon latine dicitur compar, et fit quō-  
do plures sententia comparę, seu habentes  
parem numerū sillabarum in oratione  
collocantur: Ut videre est in illo Ciceronis  
pro lege Manilia: Extremo hieme ap-  
paruit in eunte vere suscepit, astate  
confecit. Et etiā in illo 2<sup>o</sup> ad Corin-  
# thios cap. 14. Esurimus, et sitimus, et  
nudi sumus. Cap. 15. de figuris.

Cap. 15. de figuris  
quę per dissimilitudinē fiunt.

Prima

26

Prima est Antitheton, et Latine contrapositum, et fit quando verba verby, et sententia sententij contrariantur, ut videre est in illo Ovidij, lib. 1. Metamorphoseos:

\* Frigida pugnabat calidij, humentia siccis

\* Mollia cum duris, sine pondere habentia pondis

Sic etiam illud Isaya 13. Et erit pro suavi #  
odore fetor, et pro zona funiculus, et pro  
crippanti crine calvitium, et pro fascia  
pectoralis cilicium.

Cohabitatio genij est contrapositi, et fit quando diversae, vel contrariae res in eodem supposito copulantur, ut quando dicimus: sapienter indoctus, imprudenter prudens, narra mihi similitudine  
dysimilem, et similem dissimilitudinem.

Hac figura eleganter usus est Apostolus  
2<sup>a</sup> ad Corinthios 6. ubi dicit: Ut seduc- #  
tores, et veraces, sicut qui ignoti et cogniti;  
quasi morientes, et ecce vivimus. ut castigati,  
et



et non mortificati: quasi tristes et ecce vivi  
~~semper~~ <sup>autem</sup> ~~gaudentes~~: sicut egen-  
tes, multos autem locupletantes: tanquam  
nihil habentes, et omnia possidentes.

Communitio etiā pertinet  
ad contrapositiū, et fit quando eadē verba  
commutantur, ut ex una sententia alia  
contraria oriatur. Sic Cicero pro Cluentio.

Ut sine culpa invidia ponatur, et sine in-  
vidia culpa plectatur. Sic etiā illud 2.

# Reg. 19. v. 6. Diligij odientes te, et odio  
habent diligentes te. Et etiā in sequen-  
tibus. Quando tacendum est, loquerij, et quā-  
do loquendum est, taces, in bello pacē qua-  
erij, in pace bellū requerij.

Verborū figura plurimum  
orationē exornant, si ei parie et moderatē  
utamur, si autē nimij frequentes sint, fa-  
tidium pariant, et non delectationē. Attendi  
etiam debet ad varietatē, ita ut nō semper,

vel

21  
vel pluries una, et eade utamur figura, sed  
modo hac, modo illa, pro ut ipsa orationis  
series videtur postulare, dummodo una qua-  
que figuram suo tempore et loco adhibeatur  
et sic figura illa, qua ad delectatione ordi-  
nantur, quando reprehendimus, vel corrigi-  
mus praetermitti debent. Cap. 16. de fig.

## Cap. 16. de figuris sententiarum.

Sicut sententia verby praestant, ita pa-  
riter figura sententiarum figuris verborum  
excellunt, qua hoc propter sic appellan-  
tur, quia vim et venustate habent, non in  
pluribus verby, sed in sententia et reby sig-  
nificaty. Quamvis autem innumera sint hu-  
iusmodi figura, nos tamen tantum adducimus  
eos, qua apud Auctores celebriores sunt  
et usitatiores.

Interrogatio dicitur aliquando.

una



una ex figuris sententiarum, et aliquando  
non est figura; nã quando interrogatio  
fit ut nobis respondeatur, tunc figura nõ  
est: Si vero fiat interrogatio alium ob  
finem, nempe ad exprimendũ aliquẽ ani-  
mi affectũ, vel ad corrigendũ, tunc figura  
est, ut contingit in hoc exemplo: A quonã  
Cordicij hac miserĩ? Quem imitami?  
cujus sequimini vestigium? Sic etiã illud  
# Job. cap. 11. Forsitan vestigia Dei compra-  
hendes? Excessior celo est, et quid facies?  
Profundior inferno, et unde cognosces?

Responso quando fit ad  
mentem interrogantis, non etiam non  
est figura; si vero interrogatus non res-  
pondeat ad intentũ, sed ad aliquid ali-  
ud, tunc talis responso est figura, ut si  
aliquis interrogatus fuerit, an occide-  
rit hominem, respondeat: Ego e venas-  
tione venio. Sic etiã est illud. 2<sup>o</sup> Reg.

18. Est ne pax puero Absalom? cui in- #  
terrogationi respondit Chusi: Fiant, sicut  
puer inimici Dni mei Regij.

Subiectio quam Quintilianus  
vocat presumptionem, et graece proleps-  
is figura est, quae quidem fit, quando ora-  
tor interrogat, et non expectat alterius res-  
ponsum, sed ipse sibi respondet. Sic illud  
Ciceronis pro Celio: Domus tibi deerat?  
At habebas, pecunia superabas? At ege-  
bas? Sic illud Apostoli ad Romanos 7.  
Quis me liberabit de corpore mortis huius? #  
Gratia Dei per Iesum Christum.

Dubitatio fit quando orator  
dubitatur, vel quaerit quid dicat, vel quid  
faciat. Sic illud Virgilij Aeneidos 3.

\* Eloquar, an sileam? gemitus lacrimabilis imo  
\* auditur tumulto.

Sic etiam illud Job. 16. v. 7. Sed quid agam? #  
si locutus fuero, non quiescet dolor meus:

et si





et si tacueris, non recedet a me.

Occupatio fit quando nobis  
ipsis obijcimus ea, quae ab alijs obijci po-  
terant, et illa solvimus. Haec figura praeci-  
pue locum habet in principio seu proemio  
orationis: Unde Cicero multoties oratione ex-  
orditur hac figura utens, ut videre est in  
oratione in Verrem. Sic etiam illud Aposto-  
li ad Romanos 5. v. 20. Vbi abundavit delictum  
# superabundavit et gratia. Et cap. 6. v. 1. Quid ex-  
pectamus? Manebimus in peccato, ut gratia  
abundet? Absit.

Correctio figura est, quae sententiam  
aliquam corrigit, subijciendo aliam veriore  
vel magis congruentem, ut videre est  
in hoc Petrarcae Epitaphio de puero:

\* Vix mundi novus hospes erat, viaeque volatilis

\* Obvia mors, fallor, obvia vita fuit.

Sic etiam ad Romanos 3. v. 29. An iudeo =

# rum Deus tantum? nonne et gentium?

imo

29  
imo et gentium.

Communicatio fit, quando orator  
suae causae confidens, illam communicat  
Auditoribus, vel iudicibus eorum arbitrio eam  
relinquens. Sic illud Ciceronis pro Man-  
lio: Vos interrogo: quid tandem fieri oport-  
uit? Communem rem agi, putate ac vos  
hujus rei praepositos esse. Sic etiam illud  
Hieremiae 5. v. 1. Circuite viam Ierusalem, et  
aspicite, et considerate, et quaerite in  
plateis eius, an inveniatis virum facientem  
judicium, et quaerentem fidem: et propi-  
tius ero ei.

Hypotyposis quod Cicero Latine  
illiusdem splendorem vocat, figura est  
qua verbis ita clare depingit, vel describit  
rem aliquam, ut auditores ipsam oculis cer-  
nere videant. Sic Cicero in Verrem: Sta-  
tim e cavea leo emissus, aut teterrima bestia  
Soluta ex Catenis volitabit, et vagabitur in  
foro



foro acueny dente inuifos in omnes amicos atque  
inimicos notos, atq; innotos incuans, aliorum  
famam depeculans, alioru caput oppugnans,  
alioru domum, atq; familiã perfringens, Rempu-  
blicam omnem funditus labefactans. Sic etiam  
Job. 39. v. 24. depingitur equus bellu pergens  
# hy verbis: Terram ungula fodit, exultat au-  
daacter: in occurſu pergit armatis. Contemnit  
pavorem, nec cedit gladio. Vbi audierit buc-  
cinam, dicit, Val, procul odorat bellu. et.

Ethopeia Latine imitatio  
aliena actionis, vel vocis appellatur, <sup>in</sup> ~~in~~  
Ethopeij vocantur hystriones, qui in tea-  
tro actionis vel verba imitantur alterius  
persona. Sit ergo hæc figura quãdo & alio  
fingimus fecisse, vel dixisse hoc vel illud. Sic  
illud Virgilij *Aeneid.* 4. Loquens & Di-  
done moriente ficit fecisse, et dixisse hæc:

- \* Incubuitq; toro, dixitq; novissima verba
  - \* Dulces exuvie dum fata, Deuq; sinebant
- \* accipite

20  
\* accipite hanc animam, meq; hij exolvite curis  
Prosopoeia Latine persona vel  
voij fictio dici potest

Sic etia illud sapien-  
tia 2. v. 1. Dixerunt impij cogitantes apud #  
se non recte, exiguum et cum tadio est tempus  
vite nostra, et non est refrigerium in fine  
hominij. et similia.

Prosopoeia Latine persona vel  
voij fictio dici potest, et duob; modis fieri  
solet. Primo quando reb; mortuis, vel ho-  
minib; jam mortuis vocem attribuiung. Sic  
Cic. in Marcu Antoniu: Quod si nunc ille  
Brutus reviviscat, et hic ante pedes ves-  
tros adsit, non hac vteretur oratione: Ego  
Reges ejeci, vos tyrannos introduci  
Et etiam illud Proverbiu 8. v. 1. ~~et~~  
Sapientia clamat in plateis, et prudentia #  
datur vocem suam dicen: O, viri ad vos cla-  
mitto, et vox mea ad filios hominu.

2<sup>o</sup> fit



2<sup>o</sup> fit Prosopopeia quando forma vel personam humanam attribuimus illis rebus, quae ea carent, et hoc proprie dicitur Prosopopeia, id est fictio personae. Sic Virg. depinxit iridem. Et lib. 4. Aeneid. depingit famam tanquam Nympham pulcherrimam hoc modo

- \* ————— Magnas it fama per orbem  
\* Fama malum, quo non aliud velocius ullum,  
\* Mobilitate viget, viresque acquirit eundo  
\* Parva metu primo: mox sese attollit ad auras,  
\* Ingrediturque solo: et caput inter nubila condit.  
\* Illam terra parens ira irritata Deorum  
\* Extrema (ut perhibent) Caesareusque sorore  
\* progeniit, pedibusque celerem, et perniciosam alis  
\* Monsbru horrendo ingens: cui quod sunt  
    corpore plumae  
\* tot vigily oculi subter (mirabile dictu)  
\* tot lingua, totidem ora ~~et~~ sonant, tot sub:  
    vigil aures.

7. Nocte

31  
\* Nocte volat caeli medio, terraeq. per umbram  
\* Stridet, nec dulci declinat Lumina somno,  
\* Luce sedet aytos, aut summi culmine tecti,  
\* turribz aut altis, et magnay territat vrbes:  
\* Tam ficti, praviq. tenax, quã nuncia veri.  
\* Haec tũ multiplici populos sermone replebat  
\* gaudens, et pariter facta atq. <sup>incepta</sup> canebat.

Similiter etiã Civitates a Poetis et ora-  
toribz proponantur ac si essent persona  
aliqua, cũ re vera persone non sint.

Apostrophe latine dicitur Con-  
versio orationis et fit quando Orator cũ  
auditoribz loquens, repente oratione ad alios  
convertit. Sic Ovid. lib. 3. trizbiv. Sto.  
gio 8.

Nũc ego jactanday optarem sumere pennas  
\* Sive tuay Persẽur Dedale sive tuay.  
Sic etiã illud Isaya 44. v. 22. Delevi ut //  
inigo nubem iniquitater tuay, et quasi nebu-  
lam peccata tua: revertere ad me, quonia  
redemi



redemi te: Laudate cæli, quonia[m] misericordia[m]  
fecit Dny: jubilate extrema terra: resona-  
te montes laudatione. Differt aut[em] Anastro-  
phe ab Anastrophe, quia hæc trochy est, parte ora-  
tionis, et unam in loco alterius collocat; Sed Anas-  
trophe tota orationem convertit ab auditoribus  
ad alios.

Sustentatio figura est, quæ quidē sit, quā-  
do Orator postquam suspensos tenuit auditorū  
animos, postea subjicit aliquid gravius vel le-  
vius, quod ipsi auditores minime expectabant. Sic  
Martialis lib. 6. Epigrammate 51.

\* Cuius convivari sine me tū saepe superse

\* Inveni noceam qua ratione tibi:

\* Invenit licet vsq[ue] voces, mittasq[ue] rogesq[ue]

\* Cui facies inquit? Cui faciam? veni

fit etiā illud Job. 19. v. 23. Cui mihi tri-

buat ut scribantur sermones mei? quis

mihi det ut exarentur in libro stylo ferre-

reo, et plumbei lamina, vel cæte scul-

tantur

11  
pantur in cilice Scio enim, quod redemptor  
meus vivit.

Pratermissio fit quando fingimus  
nos pratermittere vel nolle dicere ea, quae  
tunc maxime dicimus. Sic Virg. Aeneid. 10.

- \* Quid memorem caustas Erisino in litore classe:
- \* Quid tempestatis Regem ventosque potentes
- \* Et Oia excitas, aut aethra nubibus iram.

Sic etiam illud Apostoli ad Hebraeos II. v.

32. Quid adhuc dicam? Deficiet enim  
me tempus enarrantem de Jedon,  
Barach, Samson, Septe, David, Samuel,  
et Prophetis, qui per fidem vice-  
runt regna.

Concessio, sive permissio fit  
quando aliqua iniqua concedit, ut pos-  
tea sua concludat intentum. Sic Cicero  
actione 7<sup>a</sup> in Verrem: Sit sacrilegus,  
sit fur, sit omnium flagitiosorum princeps,  
at est bonus Imperator. Sic etiam  
Ezech.



Ezechielij 16. postquam Propheta retri-  
levat plurima flagitia et peccata Urbis  
Hierusalem, quasi hæc nulla essent, sub-  
iunxit alia graviora dicens v. 23. Et

# accidit post omnem malitiam tuam.... et  
ædificasti lupanar tibi lupanar, et fecisti  
tibi prostibulum in cunctis plateis.

Permissio similis est con-  
cessioni: est enim illa vehementior, et acri-  
or, et fit quando Orator permittit audito-  
ribus, ut faciant ea mala quæ volunt, ut  
eos vehementius corrigat. Sic Cicero in  
Catilinam. Egredere ex urbe Catilina,  
patent portæ, proficiscere, confer te  
ad Manliana castra, concita perditos  
cives, excita perditam juventutem. Sic

# etiam illud Ecclesiasticus 11. v. 9. Latere  
ergo juvenis in adolescentia tua.... et am-  
bula in visceribus cordis tui, et in intuitu oculo-  
rum tuorum, et scito quod pro omnibus

hi

+ E

33

hiy adducet te Deuy in iudicium.

Depræcatio, sive imploratio fit  
quando Orator implorat divinum numen,  
vel alterius auxiliium. Sic Virgiliy Lib.  
I. Georgicorum

- \* \_\_\_\_\_ Vos, o, clarissima Mundi
- \* Lumina, labente celo, qui ducitj annum;
- \* Liber, et alma Ceres.

Sic etiam illud Psalmi 43. v. 23. Exurge +  
quare obdormij Dñe? exurge et ne re-  
pellas in finem.

Optatio figura est, quæ fit, quando  
Orator sibi, vel alteri evenire aliquod bo-  
num exoptat: Sic Virg. Ecloga. 9.

- \* Sic tua Cyrenæ fugiant exanima tæxos,
  - \* Sic Cythijs pastæ distentent ubera vacca.
- Sic etiam illud Job. 14. v. 13.

Qui mihi hoc tribuat, ut in inferno protegay +  
me, et absconday me, donec pertranseat fu-  
ror tuus, et confiteay mihi tempus, in quo  
recorderij



recederem mei?

Excuratio fit est contraria Optatio:  
ni, et fit, quando Orator sibi, vel alij ma-  
lu aliquid imprecatur. Sic Virg. Aeneid. 8.

\* Quid memore infandae caede, quid facta tyranni

\* Effera? Dijs capiti ipsiq; generiq; referret.

† Sic etiam illud Job. 3. v. 3. Pereat dies in qua

natus sum, et nox in qua dictum est, concep-

ty est homo. Dies ille vertatur in tenebras

... Noctem illam tenebrarq; turbo possideat.

Ironia, qua inter figuras  
sententiarum numeratur, differt ab illa Iro-

nia, qua tropus est, quia tropus fieri potest

paucis verbis: Figura autem Ironia fit

in integra oratione, vel sententia, unde

obscurior est, quam tropus. Hac figura exor-

sus est Cicero sua orationem pro Ligario,

† hijs verbis: Novum crimen tui Caesar, et

ante hunc diem inauditum. Et post istam

exaggerationem subijcit postea rem qua

nullig

nullig erat crimini, vel fere nullig momen-  
 ti. Sic etiā illud Hieremia 46. v. 3. Præpa- #  
rate scutum, et clypeum, et procedite ad bel-  
lum. Jungite equos, et ascendite Equites: Sta-  
te in galeis, polite lanceas, induite vos lo-  
ricas. Quid igitur? Vidit ipsos pavidos, et  
terga vertentes, fortes eorum cæsos.

Ad hortatio fit quan-

do Orator graviter, et vehementer incitat,  
 sive movet auditores, eosq; impellit ad alia  
 quid faciendum. Sic. Virg. Aeneid. 8.

\* Ferte <sup>ubi</sup> ~~ubi~~ flamma, date tela, et scandite muros  
 Et alibi. Ferte ~~ubi~~

\* Ferte <sup>ubi</sup> ~~ubi~~ flamma date vela impellite remos.

Sic etiā illud Isaya 1. v. 16. Savamini, #  
mundi estote, auferete malum cogitationis  
vestræ ab oculis meis: quiescite agere  
perverse. Dicitis benefacere, quarite judi-  
cium, subvenite oppresso.

Adjuratio fit  
 quando Orator auditores rogat ut aliquid  
 faciant



faciant adiungendo adiuratione vel attestacionem alicujus rei. Sic Cicero pro Deo. et Paulo. Per dexteram te ipsam oro, quod hospes hospiti prorexiisti.

# Sic etiam illud Lambic. 2. v. 6. Adjuro vos filia Hierusalem per capreas, cervos & leporem, ne succideatis, neq[ue] evigilare faciatis dilectam, quoad usq[ue] ipsa velit.

Exclamatio deservit ad exprimendum aliquem animi affectum praecipue doloris, vel admirationis, et exprimi solet aliquibus ex his particulis: Eheu, proh, et similibus. Sic Oratorum libro 2<sup>o</sup> ode 11<sup>o</sup>.

\* \* Eheu fugaces Posthume Posthume  
\* Labuntur animi nec pietas movet  
\* Rujus, et in tanta Senecta  
\* Afferet indomitas morti.

# Sic etiam illud Threnorum 1. v. 12. O, vos omnes qui transitis per viam, attendite et

et videte, si est. dolor sicut dolor meus.

Epiphonema latine  
acclamatio fit quando post narratione ali-  
cujus rei sententiam aliqua subjicimus qua  
ipsi rei natura acclamamus, eamque breviter  
comprehendimus. Sic Virg. Georgicorum 4.  
postquam narraverat studium et indybrid  
apum in conquirendis floribus, et conficien-  
do melle, sic narratione concludit:

\*Tantum amor florum, et generandi copia mellis.\*

Sic etiam Canticum 7. v. 6. postquam spon-  
sura ad longum descripserat sponja pulchri-  
tudine, subjunxit: Quam pulchra es, et

decora quam decora charissima in deli-

tiis.

Dehortatio fit quando orator Audi-  
tore dehortatur, vel eos revocat, seu  
advertit ab aliqua re facienda. Sic illud  
Nolite, itaque nolite per Deum immortalem  
in tam caeco diutius errore voluptari

Sic



# Sic etiam illud Psalmi 31. v. 9. Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.

Objurgatio fit quando Orator graviter reprehendit auditores & commisso scelere. Sic illud. Agite Christiane agite. v. binam excellentem illam vitam sanctimoniam, quam sanctissima Lex vestra, ac in vitia prescribunt. Occine divinum venerant numen? fratrum sanguinem crudelissime sibile. etc. Sic etiam illud

# Deuteronomij 32. v. 6. Haccine reddis Dño popule stulte et insipienti?

Emphatically Latine dicitur expressio, sive demonstratio, quia exprimit vel demonstrat plura quam verba significant, et sunt duae eius species. 1. fit quando ex eo quod dicimus venimus in cognitione alterius rei, quae quamvis verbis non exprimatur, facile tamen intelligi potest.

potest, et inferri ex hijs, quae dicta sunt.  
Sic Virgilij Aeneidos. 2. loquens de mi-  
litibus qui egrediebantur ab Equo troia-  
no dixit:

\* <sup>m</sup> Dorysū lapsi per fune <sup>ta</sup> Athamajq; <sup>3</sup> Orq; <sup>3</sup>  
Ex quo clare inferitur quanta fuerit alti-  
tudo Equi, cum milites indigerent fune  
ut egredierentur ex illo. Sic etiā 2. Reg. 11.  
1. Reg. 17. v. 7. Loquente de gigante  
Goliath dicitur: Hastile autem haste eius #  
erat quasi liciatorium trecentium. Ex quo  
aperte intelligitur quanta fuerit gigan-  
tis magnitudo, ut deferret tantae gravitatis,  
et ponderis hastam.

Altera species Comphaj fit  
quando aliquid tractatur, sed ex modo lo-  
quendi facile subintelligi potest. Sic  
Cicero pro Ligario: Quod si in tanta for-  
tuna bonitas intacta non est, quā tu per te  
per te inquam obtines, intelligo, quid  
Duo



Oratio. Frequentior est autem Enjunctio illa  
qua per pronomina, vel nomina propria  
exprimitur. Sic illud Virg. Aeneid. 1.

\* Ast ego, qua Divu incedo Regina, Iovisque.

\* Et Solor et conjux, una cu gente tot annos.

\* Bella gero

Pulcherrima est illa Joannis 13. v. 6.

# Vbi Divus Petrus dixit ad Jesum: Dne tu  
mih i lavas pedes?

Divisio sive distributio non solum  
perspicuitate, sed etiam ornati orationi af-  
fert, et fit quando diversae res, vel personas  
in diversae partes distribuimus, seu dividi-  
mus. Sic Ovidius epistola 1.

\* Haec ibat Simois, hic est Sigeia tellus,

\* Hic steterat Priami regia celsa Senis

\* Illius Aiacides, illuc tendebat Ulixes,

\* Illic alacer missos terruit Hector equos.

# Sic etiam illud Ecclesiastici 25. v. 3. Tres  
species odit anima mea... pauperem  
superbum

27  
Superbum: Divitem mendacem: et senem, fa-  
thum, et insensatum. Fieri etiam <sup>est</sup> distributio

quando diversa res ita distribuuntur,  
quod unicuique sua propria ratio subjun-

gitur. Sic Cicero in Cathilina. Is est Cati-  
lina, ut te nec pudor a turpitudine, nec  
metus a periculo, nec ratio a furore re-  
vocavit. Sic etiam illud ad Rom. 12. v.

11. Sollicitudine non pigri. Spiritu fer- #  
ventes, Dno servientes. Spe gaudentes.  
In tribulatione patientes.

~~Similitudo~~ Similitudo inter figuras sen-  
tentiario numeratur; quando scilicet  
additur, non ad probandum aliquid, sed  
tantum ad exornandam orationem: fit autem  
similitudo, quando rem aliquam descri-  
bimus, seu depingimus per similitudinem  
alterius rei diversi generis, vel diver-  
sae naturae: ut quando hominem iratum  
describimus similitudine per furentem  
leonem



Leonis. Sic Virg. Aeneid. 12. loquens de  
Turno ut eius ferociam depinge-  
ret, tibi usque est similitudines.

\* Attollit que animos Penorum qualis in arvis,  
\* laudis ille gravi venantis vulvere pectus.  
\* Tunc demum movet arma leo, gaudetq; ~~con~~  
comantem

\* Excutiens cervicem toros, fixumq; latronis  
\* Impavidus frangit tellus, fremit ore cruento,  
\* Haud secus accenso, gliscit violentus Turno.  
+ Sic etiam illud Job. 10. v. 9. Memento que-  
se, quod sicut lutum feceris me, et in pulve-  
rem reduce me. Nonne sicut lac multasti  
me, et sicut caseum me coagulasti.

Quando autem similitudo  
longior est, tunc vocatur imago, et si ima-  
go tantum differt a similitudine, quia  
hac brevior est, illa vero prolitior. sed ta-  
men similitudo, et imago distinguuntur ab  
Hypotyposi, quia haec describit res, pro  
ut in

28

Iesus Maria<sup>a</sup> Joseph

ut in se sunt, imago vero et similitudo de-  
scribunt res, non pro ut sunt in se, sed per si-  
militudine alterius rei diversa speciei  
seu natura.

Comparatio sive ex<sup>em</sup>plis, etiam duo-  
bus modis adhiberi solet. 1<sup>o</sup> ad aliquid pro-  
bandum, et tunc non est figura, sed argu-  
mentum. 2<sup>o</sup> adhibetur ad exornanda ora-  
tione, et sic est figura, qua quidem fit quando  
ad describendum aliquam rem, utimur compa-  
ratione vel exemplo alterius rei eiusdem na-  
turae, per quod differat a similitudine, et ima-  
gine, qua fiunt inter res diversi generis,  
vel natura. Sic Ovidius lib. 10. Tristium  
Aegria 3<sup>o</sup> loquens de dycesse suo in exilio  
hac figura utitur, dum talia profert exempla  
\* Quaecumq; apicere, luctu, gemituq; sonabant,  
\* Forma que non taciti funere iunctis erat.  
\* Semina, vixq; meo, pauci quoq; funere marent,  
\* Inque domo lachrymas angulus omnis habet.

Si



\* Si licet exēplij in parvij grandibz vti,  
\* Hac facies Troja cum caperetur, erat.

Sic etiam illud. primi Machabeorū 2. v. 24.

# Vidit Mathathias, et doluit, et contremuerunt ve-  
neres eius, et accensus est furor eius secundū judi-  
cium legis, et insiliens trucidavit eum super  
avam... Sicut fecit Phineesq Zamri filio  
Salomi.

Figura supra adducta haec tantū sunt de  
quibus apud probatos Auctores sicut mentio  
habetur, et quae sunt frequentiores; non  
enim facile est, omnes omnino figuras re-  
censere, quia earum non est determinatus  
numerus; quotidie enim possunt novae  
figurae inveniri, sicut et novi modi lo-  
quendi: Quoties enim aliquid dicimus, re-  
cedendo a vulgari, et communi modo loquen-  
di, toties novam sicut facimus figuram. Vnus  
autem figurarum frequens, et affectatus  
esse non debet, sed cum discretione ad-  
hibendus

hibendus, pro ut ipsa orationis serie pos-  
tulare videtur. Cap. 17. de congruitate orationis.

## Cap. 17. de congruitate orationis.

Cum sint quatuor orationis virtutes quibus polleere debet, ut optima sit, scilicet, proprietas, perspicuitas, ornatu, et congruitas. Quae priorae potius ad Grammaticam pertinent quam ad Rhetoricam, quia proprietatis orationis conjicitur in latinitate, seu optima constructione, vel Syntaxi; Et eundem perspicuitas conjicitur in claritate verborum, quae facile ab Auditoribus intelligi possunt. Et ideo vitari debent dictiones peregrinae, et obsoletae, et tantum adduci debent illae, quae nunc a Grammaticis approbantur. Aliae vero virtutes orationis, nempe ornatu et congruitas ad Rhetoricam spectant; et ideo hucusque egimus de ornatu, nempe de tropis, et



et figuris, quibus ornatur oratio; modo autem de  
orationis congruitate tractabimus.

Congruitas itaque orationis consistit in tribus, praeque potissime, nempe in ordine, iunctura, et numero. Ordo autem observari debet tam in verbis singulis, quam in sententiis: In verbis singulis observabitur ordo, si dictio, quae majorem significationem habet, ponatur post dictionem, quae minus significat, et hoc intelligitur si fiat gradatio per ascensum, seu per augmentum, ut videre est in illo Ciceronis in Verrem: Non furem, sed raptorem, non raptorem, sed sacrilegum, non sacrilegum, sed hostem Sacrorum. Idem etiam ordo observari debet in sententiis, ut scilicet sententia fortior post minus fortem collocetur, ut videre est in illo Ciceronis oratione proxime citata: Facinus est vinciri civem Romanum, sed ut verberari, prope parricidium necari, quid dicam in crucem tolli?

Si autem

Si autē in oratione fiat gradatio per descensu<sup>2</sup>  
seu decrementū, contrario ordine procedendū  
est tū in dictionibz singulis, quā in sentē-  
tijs, ita ut dicitio vel sententia, quae mino-  
significat, adjiciatur post illam quae major  
habet significatione, ut videre est in  
hoc exemplo: Paulus, nec Theologus, nec  
Philosophus, nec Logicus, nec Rhetor, nec  
Grammaticus est.

Si autē nulla fiat gradatio,  
tunc in oratione naturalis ordo observari  
debet, ita ut ea, quae digniora sunt, praepo-  
nantur, et ea quae minus digna sunt postpo-  
nantur. Unde dicere debemus: Caelum et  
terras, vivos et feminas, ducem et mili-  
tes, Regem et Principes. Si vera con-  
currunt plures res, quarum una natura-  
liter nascitur, seu emanat ab alio, tunc  
illa à qua procedit alia, primo loco po-  
nenda est, quare dignior non sit; ut quia  
flores



<sup>ut quia</sup>  
flores generant fructus, debemus dicere: Flores  
et fructus, licet fructus digniores sint absolute  
ipsi floribus. Itac vero, quae diximus de  
ordine naturali ab Oratore quidem observa-  
ri debent; sed Poetae licentiam habent per-  
vertendi ordinem naturalem, quia medi-  
tationis ex necessitate metri observari non  
potest.

Iunctura conjicit in conjunctione  
verborum, seu dictionum, ita pulchra ut au-  
dientibus aures minime offendant. Circa quod  
ut optime admonet Cullig. De Oratore,  
curare debemus, ut verborum conjunctio non  
reddat orationem asperam, neque hiulcam.  
+ Aspera faciunt oratione fausta litterae, R.  
X. J. Z. si nimis frequententur, ut vi-  
dere est in hac oratione: Exercitij Arte-  
xerxij Regij Xantum remeabant. Itac  
in re videtur peccasse, sed de indybria Ovi-  
dii lib. 1. De arte amandi, dum dixit:

Arte

\* Arte citæ, veloque rate, remoque reguntur. 41  
Hiulcam faciunt oratione striminy frequē:  
tentur vocales illa, qua aperto ore pronū:  
triantur ut, O, A. V. ut videre est in se:  
quentibz dictionibz: Doctorem, bonorum,  
Honorem, Opto. Maxime autē suave, alia  
duæ vocales, nempe, E. I. Vasta etiā sit  
sive hiulca oratio, quando post unā dic:  
tionē sequitur alia, cujus prima syllaba  
eadē est cō ultima dictionis precedentis:  
ut ille Latatur turbine. Monosyllaba  
dictiones, si simul plures ponantur, male  
conjunguntur, et orationem retardant, ut  
videre est in hoc exemplo: Hac in re Rex nō  
est Dux, et Dux non est Rex. Propterea  
monosyllaba dictiones ita collocari de:  
bent, ut inter ipsas mediæ dicitio aliqua  
disyllaba, vel polysyllaba.

+ Insuper iuxta ora:  
tionis seriem eligi debent verba, et dic:  
tionis



riones quæ ad illud magis conducunt. Et ideo  
si oratio debet esse velocis, eligi debent dictio-  
nes breves. Sic Virg. *Aneid.* 8. ~~utitur~~ ad  
describendum equi velocitatem, usus est plu-  
ribus dactilibus in hoc metro.

\* Quadrupedante putè sonitu quatit ungula caput  
Si autè oratio debet esse tarda, tunc utemur  
Conditionibus longis, quæ tardiorè habent pro-  
nuntiationè, quæ propter idè Virgilius  
*Aneid.* 2. ut describeret gravitatem Regis  
Latini usus est pluribus Spondeis in me-  
tro sequenti.

\* Olli sedato respondet corde Latinus.

Numero ad congruitatem orationis condu-  
cens præcipue requiritur aptam dispo-  
sitionem seu distributionem orationis in suas  
partes, quæ quidem sunt tres nempe, in-  
ciyum, colon, et periodus. Incium, si-  
ve coma notari debet per quamdam  
virgulam, seu lineolam, et ponitur ad  
dij =

42  
Distinguedas inter se dictiones, ut oratio  
confusa non sit, et interdum habet tantū  
vim, ut eij mutatio omnē ~~sententia~~ sen-  
sum <sup>orationis</sup> immutare valeat, ut videre est in  
hoc exemplo: Ibi, redibis, non morieris  
in bello. Vbi si ultimū incijum transpo-  
natur post particula non, tunc contrariū  
sensum faciet; ponitur autē incijum re-  
gulariter ante conjunctiones, et inter ver-  
ba si plura sunt, vel etiam inter nomi-  
na substantiva: Vbi autē ponitur in-  
cijum, oratio nondū perfecta est, nec fa-  
cit sensū completum.

Colon, quod latine dicitur mem-  
brum est pars orationis, quae quidē per-  
fectum sensū habet, sed tamen adhuc or-  
dinatur ad aliud, et solet significari per  
duo puncta, unū supra aliud hoc mo-  
do: ; vel per comam et punctum su-  
pra positum sic ; Ut videre est in se-  
quenti



quenti exemplo: Qui literarum studio vacant,  
magnos scientiarum thesauros recondant;  
qui vera literarum studia negligunt exer-  
citia negligunt, in sua stultitia perma-  
nent.

+ Requiritur etiam ad orationis numerum  
consonantia quaedam, et harmonia in perio-  
dis, quae aures demulcet, et suaviter delectat; Con-  
sistat autem huiusmodi harmonia in quantitate syl-  
labarum, vel dictionum, non eo rigore, quo examina-  
tura Poesi, quia oratio soluta, quantum fieri po-  
test, debet recedere a poematis similitudine, et  
ideo solum sufficiet observare ea quae sequuntur.

Primo quidem  
in principio, et in medio periodi est habenda tunc  
tunc cura circa quantitate dictionum vel syllabarum,  
sed satis erit, si observentur ea, quae supra  
diximus de iunctura et ordine: extrema au-  
tem periodi, quoniam in illis aures coquiescent  
accubatione postulant diligentia, quae in  
ultimis

W  
Ultimij dictionibz et Syllabij servanda est;  
pro quo animadvertere oportet, quod perio-  
dus optime finiatur dictione post syllaba,  
quae longa sit, seu habeat accentum in pe-  
nultima, et melior erit, si dicitio ultima  
periodi est verbum aliquod habens sex vel  
quinq; Syllabas cum accentu in penultima.  
Nam dicitio monosyllaba, vel dissyllaba in  
fine periodi omnem ei, seu fere omnem  
consonantiam aufert.

## Caput ultimum de

tribus generibus dicendi.

Non semper uno et eodē <sup>tenore</sup> tempore preter-  
fluit oratio, sed modo grandior ac ve-  
luti inflatior est, modo autē similior hu-  
milior: inde fit ut ex gravissimorum aucto-  
rum sententia tria dicendi genera consti-  
tuantur: Unde demissum, quod etiā acu-  
tum, tenue, et subtile appellatur. Alteru  
hunc



huius contrarium, quod grande vehementer,  
grave, et copiose vocatur. Tertium tandem  
inter duo supra dicta est medium et ideo  
mediocriter dicitur suave et temperatum.  
Primum dicendi genus nempe submissum et  
humile congruit conscribendis epistolis  
familiaribus, mutui amicorum colloquiis, ac  
etiam disputationibus, et in hoc genere dicendi  
forma orationis debet esse libera, et pa-  
rum curans de numerositate. Hic etiam  
pratermittenda est nimia diligentia de  
iunctura verborum, et omnis insignis  
ornatus removendus est; ponentur tamen  
crebra, et acuta sententia, et figuris tam  
sententiis quam verborum raro et parce  
in hoc dicendi genere uti debemus.

Genus dicendi mediocre  
seu temperatum congruentius ad docen-  
dum, et ad <sup>nonnondum</sup> ornandas, seu conscribendas  
historias, vel res gestas Sanctorum vel  
virosum

44  
vivorū illū hybridū; et in hoc genere dicendi uti  
possumus, et debemus eo orationis ornatu, ut  
Hypocritarū, tropis et figuris, in quibus plus delectationis  
quam roboris invenitur, quales  
sunt gradatio, Hypotyposis, similitudo, cō-  
paratio etc.

3<sup>o</sup> dicendi genus quod grave et  
sublime dicitur pertinet ad assumptus  
graves, et ad vehementiores conciones, et  
hujusmodi generis dicendi postulat for-  
tiores figuras, nempe Emphases, Exclam-  
mationes, Periphrases, Permissives,  
reprehensiones, Amplificationes, et  
alia similia.

Præterea, cum tria sint orationis  
munera, scilicet docere, delectare, et mo-  
vere, humile dicendi genus ad docendum  
pertinet, mediocre ad delectandum; gra-  
ve tandem ad movendum conducit: in va-  
riis etiam causis varia debet esse dicendi  
ratio



oratio; dum enim & rebus parvis loquimur,  
humili stylo utemur. si de magnis, gravi;  
ac tandem si de mediocribus, temperatū dicē.

*Qui genus usurpabimus.*

Insuper eadem oratio saepe stylū  
mutat, et assumit in confirmando, humilē  
in narrando temperatū, et gravem in  
movendo: ac magna eloquentia est sty-  
lum variare, et suo quoque loco eū stylum  
qui requiritur adhibere: propterea Orator  
cum parat concionem, eamque memoria comen-  
dat, repetit sead, et diligenter attendat in qua  
orationis parte uti debeat stylo humili, ubi tem-  
perato; et tandem ubi stylum <sup>verū</sup> ~~gravem~~ debeat  
usurpare; ~~et~~ hac enim exercitatione praevia  
postea in evulganda concione facillimè pronun-  
tiationis regulas exercebit. Sed tamen hoc tan-  
dem animadverti oportet, quod non semper uno  
eodemque stylo utatur. Sed etiam mediocri <sup>ad</sup> <sup>a</sup> ~~ad~~  
gravem <sup>verū</sup> aliquando transire debet; et aliquando  
e contra

e contra a grandi ad mediocrem oportet redire:  
 Si enim Orator semper uno eodemque tenore proce-  
 det, fastidium in animi audientis pareret, aut  
 vice versa ipsamet styli variatio ingerit delecta-  
 tionem. Et haec dicta sunt Satij de toto primo li-  
 bro Rhetorica.





Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. The ink is dark and the paper is aged and yellowed.



h<sup>b</sup>





17

Libro de Cuenta  
1751



Liber 2. de Inventione.

Prima inter partes Rhetorica numeratur  
Inventio; quia prima oratorij cura est quaerere, et invenire rationes, sive argumenta quibus suis intentum probare possit, et auditores persuadendo movere, ut ipsi assentiantur; Unde inventio nihil aliud est, quam excogitatio rerum verarum, vel vere similium, quae ad quaestione probanda conducere possunt, simulque ad movendum auditores, ut ipsi Oratori fidem praebant: Quae tunc autem probatur argumentis, et argumentatione, et auditores moventur per amplificationem: Unde de his tribus modis tractandum est. Et ideo sit. Cap. 1. De argumentatione, et amplificatione.

## Cap. 1. de argumento

argumentatione et amplificatione

Argumentum dicitur ratio illa, qua probare possumus id quod intendimus. Vg. volo probare nunc diem esse, et ad hoc uter hac ratione

tione



tione: Nunc sol ortus est: igitur dies est. Ar-  
gumentatio est explicatio argumenti, seu  
modus quo argumentum disponi debet. Et  
ideo pertinet ad 2<sup>am</sup> Rhetorica partem, quae  
est dispositio. Amplificatio est confirmatio  
seu corroboratio argumenti, quae auditorum  
animos movet, ad hoc ut oratori fidem pro-  
beant. Cum autem argumentatio, ut diximus,  
pertineat ad dispositionem, ideo de illa age-  
mus in libro sequenti, qui totus erit de di-  
positione; in presenti autem de argu-  
mentis et amplificatione tractabimus.

Argumentorum duo sunt ge-  
nera; quaedam enim vocantur injita seu pro-  
pinqua, et alia dicuntur argumenta assump-  
ta seu remota. Injita seu propinqua ar-  
gumenta illa sunt, quae injunt seu repe-  
riuntur in ipsa re de qua agimus; Re-  
mota vero seu assumpta illa sunt quae non  
reperiuntur in ipsa re, de qua est sermo;  
Sed

49

sed ab aliquo extrinseco assumuntur: V. g. vo-  
lo probare, quod Sol est luminare majus in-  
ter omnia Sydera, et ad hoc probandum  
utor hac ratione: Sol majorem replenda-  
rem habet, quam reliqua Sydera: igitur Sol  
est luminare majus. Itac ratio est argumē-  
tum inquit, seu propinquum, quia hoc quod  
est habere majorem splendorem, in ipso sole  
reperitur: Si autē utar. hac alia ratione:  
Sacra Scriptura affirmat, quod Sol est lu-  
minare majus: igitur ita est. ~~Itinym~~  
Itinymodi argumentum est remotum seu  
assumptum, quia non desumitur ab ipso  
sole, vel ab eo quod Sol habet in se, sed  
ab alio extrinseco, scilicet a testimonio  
Sacra Scriptura. Loca autem argumen-  
torum, quos Aristoteles appellat thopicos,  
quia ab ipsis possunt deduci argumenta  
sex decim sunt, de quibus sigillatim, et suo ordi-  
ne tractabimus, et enodabimus. Et ita sit.

Cap. 2.



# Cap. 2. de definitione

et notatione.

Primus locus thopicus ex quo deduci possunt  
argumenta est definitio, quæ quidem est ora-  
tio explicans quid sit res, seu naturam rei  
et essentia. V. g. hæc oratio: ars dicendi est  
definitio Rhetoricæ, quia explicat quid  
sit Rhetorica, eius naturam et essentia  
explicando: Ad hoc autem ut fiat definitio  
aliquid rei due requiruntur partes,  
scilicet genus et differentia: Genus est id per  
quod res definita convenit cum aliis, et dif-  
ferentia est id per quod res definita dif-  
fert ab aliis. Unde genus est ratio illa  
communis, quæ non solum convenit rei  
definitæ, sed etiam aliis. V. g. in definitione  
Rhetoricæ. ars est genus, quia non so-  
lum convenit Rhetoricæ, sed etiam aliis ar-  
tibus. Differentia vero est ratio propria rei  
definitæ.

Definite, que nullo modo convenit alijs (Vg:  
li dicendi est differentia Rhetorice, quia So-  
lum ipsi convenit, et non alijs: sola enim  
Rhetorica docet dicere.

Oratores autem et Poete ali-  
quando definiunt rem per metaphoram seu  
translationem, quos licet imitari: et sic po-  
test definiiri adolescentia Etatis flos Senec-  
ty occanyrite Somny, imago morty. Avo-  
ritia Ority in explicabilij pecunie. Similiter  
potest qualibet rem per metaphoram defi-  
niri qui modus definiendi pulcherimus est  
et Poety et oratoribz maxime accomodatus.  
Hic locus a definitione omnibz rebus et cau-  
sij convenire potest, et ab illo quam plurima  
possunt deduci argumenta Vg: ex definiti-  
tione Rhetorice hec possumus argumento  
formare: Rhetorica est ars dicendi igitur  
ille qui dicere nequit, Rhetoricam non  
habet. vel e contra igitur Thomas qui  
optime dicere novit Rhetorica potest vel

etia



Etiam Rhetorica est ars dicendi ille au-  
tem qui artem dicendi non habet non  
est perfecte Doctus: igitur non est per-  
fecte doctus ille qui caret Rhetorica hec  
et alia similia argumenta ex qualibet de-  
finitione Eligi possunt

Secundum argumen-  
torum locum est notatio seu Etimologia que  
latine dicitur explicatio nominum vel  
dictionum quia explicat dictionem demon-  
strando originem a qua derivantur Ue: hec vox  
piscina derivatur a piscibus et a verbo  
no, na, nare, quia in illa Notant pisces.  
Cicero autem Etimologiam vocat notati-  
onem quia notam facit rem dum eius  
nomen explicat ut patet in exemplo ad-  
ducto de piscina ex hoc loco plura etiam  
de dyssi possunt argumenta in hunc modum  
Piscina dicitur

51  
Dicitur a piscibus et a verbo no, na, nare,  
quia in illa natant pisces: igitur lacus ille  
in quo pisces non natant, non piscina est,  
et e contra: igitur lacus ille in quo ~~natant~~  
pisces, piscina est. Similiter ab etimologia  
cujuslibet nominis formari possunt argu-  
menta.

Etimologia frequens est etiam in  
Sacra Scrip<sup>o</sup>. ut illo genej 27. v. 36. Iuxta #  
vocatum est nomen eius Jacob: supplantat.  
vit enim me. in altera vice Jacob enim idē  
est supplantator. Et ex illo Mathi. i. v.  
21. Vocabit nomen eius Iesum. Id est Salva-  
torem. Ipsē enim Salvum faciet populum #  
suum a peccatis eorū. Quandoq; etiam in Sa-  
cra Scrip<sup>o</sup> sunt plura nomina a Deo im-  
posita, quae continent secreta mysteria, et ad  
haec intelligenda necessaria est Etimologia;  
et ideo haec valde <sup>est</sup> in usu apud sanctos Patres, inter  
quos Civis Isidori viginti libros Etimologiarū  
scripsit



scripsit, quos conglutere debetis.

Frequentissima est etiam apud  
Oratores et Poetas. Sic Cicero in Verrem ali-  
quando eius nomen deduxit a verro verri et  
aliquando a verre. Sic etiam Ovidius lib. 4.  
fayronis hoc nomen hostia ab hoste derivari  
dixit hoc dyctio.

- \* Victima quae dextra cecidit victrice vocatur
- \* Hostibus a domitij hostia nomen habet.
- Sic etiam Poeta Christianus de diva Barbara vir-  
gine et Martire loquens et ad eius nomen allu-  
dens ita cecinit.
- \* Barbara sum, non sum mihi sum pectore virgo,
- \* Sed qui me genuit barbarus ille fuit.

### Cap. 3. de coniugatis et partium distributione.

Coniugata dicuntur ea verba seu conjugata  
dictiones, quae inter se connectionem habent,  
et ab eodem principio derivantur. V. g. Ly  
Sapient

Sapienter, sapientia, sapienter, quae omnes de-  
rivantur à verbo Sapis. Doctus, Doctor, doctrina,  
doctus quae omnes originè ducunt à verbo Doceo  
A conjugatis etiam trahi potest argumentum hoc  
modo: Sapienter est, qui scientiam habet, et sapi-  
enter loquitur: igitur non est Sapienter Bartholo-  
meus, qui nec sapientiam habet, nec loquitur Sapi-  
enter. Vel è contra affirmando. Hic locus etiam  
frequens est in Sacra Scrip<sup>tu</sup>ra, ut videre est in  
illo Apostoli 1<sup>o</sup> ad Corinth. cap. 14. v. 47. Primus #  
homo de terra, terrenus: Secundus homo de caelo,  
caelestis. Etiam in usu est apud Poetas et  
Oratores. Sic Propertius lib. 2. Elegia 23<sup>o</sup>  
\* Libertas quoniam nulli jam restat amanti  
\* Liber nullus erit, si quis amare velit.  
Sic etiam Cicero in Verrem: Novus Astrologus  
qui non tam ratione caeli quam calati ar-  
genti duceret.

Partium distributio est quartus  
locus argumentandi, et fit quando totum  
distribuitur



Distribuitur in suas partes, vel quando aliqua ratio communis dividitur in suas species: ut quando dicimus: Animal aliud rationale, et aliud irrationale. Potest autem distributio partium ad duo munera usus parvi. 1. scilicet ad ornatum orationis, et tunc non necesse est, quod omnes partes enumerentur. 2. de summi potest tanquam argumentis ad aliquid probandum, et in hoc casu omnes partes necessario numerari debent, quia aliter argumentum nihil valeret, ut patet in isto: Omne animal vel est bipes vel quadrupes: Serpens autem est animal, et non est bipes: igitur est quadrupes. Quod quidem argumentum nihil probat, quia non enumerat omnes partes a species animalis.

Ita vero saepe utuntur Oratores et Poetae. Sic Tullius Philippica 2. loquens de Caesare, postquam postquam stabuerat, quod homicida dicendi erat vel liberatoris Rei publicae postea sic concludit

claudit: Non igitur homicida: Sequitur et libera-  
tores tuo iudicio sint: Quandoquidem tertium  
nihil potest esse. Sic etiam Martialis. lib. 1.

Epigrammate 20. Contra Eliam vetulam.

\* Si memini fuerant tibi quatuor ~~Eliam~~ <sup>Pentys</sup>

\* Expuit una duos tussis, et una duos

\* Jam secura potest totis tussive diebus

\* Nihil igitur quod agat tertia tussis habet.

## Cap. 4<sup>o</sup> de genere et forma.

Genus apud Dialecticos solum sumitur pro illa  
ratione communi, qua convenit pluribus diver-  
sae naturae, vel speciei, qualis est ratio anima-  
lis respectu hominis, et bruti: At tamen apud  
Oratores, et Rhetores genus dicitur omnis ratio  
communis pluribus, sive sint eius de natura si-  
ve diversa: Et sic quae libet ratio commu-  
nis dicitur genus, et ratio particularis  
contenta sub ratione communi dicitur  
eius



eius forma. Unde homo est genus respectu  
Petri, et Pauli; et Petrus et Paulus sunt for-  
ma respectu hominis, quia sub ratione ho-  
minis continentur

Usus huiusmodi loci præbet  
argumentum ad validandum, vel Frustran-  
dum: Si enim genus, vel ratio communis lau-  
de digna est, etiam eius forma vel ratio  
particularis erit digna laude. V. g. Virtus  
est genus respectu fortitudinis, et temperan-  
tia: et ideo quia de virtute affirmatur  
quod est bona, etiam de fortitudine et tem-  
perantia affirmare debemus, quod bona  
sunt. Et e contra. Vitium est genus respec-  
tu avaritiae, et ebrietatis; et ideo quia de  
vitio dicitur, quod malum est, idem simili-  
ter verificatur de ebrietate, et avaritia.

Potest etiam de sumi argu-  
mentum a negatione generis ad negationem  
cujuslibet forma sub ipso genere contenta.

V. g.

V.g. Non est animal: igitur non est homo, neque leo. Non est arbor: ergo non est laurus, neque platanus. Non habet virtutem Ioannes: igitur non habet iudiciam, neque temperantiam.

Ergo. Attamen a negatione cuius forma, non valet argumentum ad negationem generis.

Vnde non valet: Non est homo: igitur non est animal. Si vero negantur omnes formae, tunc optimè exit argumentum ad negationem generis, quod est ibi: Non est homo, neque brutum: igitur non est animal.

Valdet utrumque argumentum ab affirmativa cuiuslibet formae, ad affirmationem generis ipsius, ut patet in hijs exemplis. Est rosa: igitur est flos. Est leo: igitur est animal. Est prudentia: igitur est virtus.

Attamen ab affirmatione generis ad affirmationem formae sub illo contentae non valet argumentum, ut videre est in hijs sequentibus. Est flos: igitur est rosa. Est piscis: ergo est mulletus. Est virtus: ergo est iudiciam.

Ad



Ad imitatione horum argumentorum, alia  
similia eligere poteris in quocumque genere  
et forma: est enim huiusmodi loci fre-  
quentissimus tam apud Poetas quam Orato-  
res. Ex huiusmodi loco de iuribus vi il-  
lus argumenti, quo Divus Paulus ostendit  
se non esse inferiorem alii Apostoli, dum  
ad Corinth. 11. V. 22. <sup>ait</sup> Hebraei sunt:  
et ego. Israelita sunt: et ego. Semen Abra-  
hae sunt: et ego. Ministri Christi sunt:  
et ego. Vbi Hebraei, Israelita, Semen  
Abrahae, Ministri Christi ponuntur loco  
generis Et ego tanquam forma.

## Cap. 5. de Similitudine.

Coine.  
Similitudo est proportio proportio quaedam  
seu convenientia inter res diversa essen-  
tia seu natura, per quod distinguitur ab  
exemplo, quod est inter res eiusdem natura.  
Unde

85  
Unde quando comparamus hominem cum Virgilio, vel cum Cicerone, tunc est exemplum; si vero hominem a similitem leoni, tunc erit similitudo; quia versatur inter res diverse nature, et essentia.

Potest autem similitudo dupliciter usurari. 1. quidem solum ad ornatum, et non ad aliquid probandum, et hoc modo valde frequens est apud Poetas et Oratores. Sic illud Virg. Ecloga 2<sup>a</sup>.

\* O formose puer nimium ne crede colori,

\* Alba ligulyta cadunt bacina nigra

Elegantior est illa Isaya 40. v. 6. Omnia caro fenum, et omnia gloria eius quasi flos agri. Exsiccabitur est fenum, et cecidit flos.

Verbum autem Domini nostrum aet in aeternum. 2. usurpatur similitudo tanquam argumentum ad aliquid probandum; et in hoc casu constat duabus partibus; quarum 1. graece vocatur prothely, Latine propositio, cui



cui præponi solet aliqua ex hijs particulis:  
ut, sicut, quemadmodum, qualiter, vel alia  
ex hijs similibus. 2<sup>o</sup> part. græcè dicitur  
Apodosis, latine, conclusio, cui præponitur  
aliqua ex hijs particulis, ita, sic, taliter,  
non aliter, vel aliqua alia huiusmodi  
similis. Ut videre est in illo Elegia scii

# 19. v. 12. Sicut Sagitta infixa femori ca-  
ny, ita verbum in corde stulti. Sic etiam  
Uvidij lib. 1. trichii Elegia 4.

\* Scilicet ut feruum spectatur in ignibus aurum  
\* Tempore sic duro est inspicienda fides.

# Aliquando in argutis similitudinibus præter-  
mittuntur illa particula, qua sunt notæ pro-  
positionis, et conclusionis, ut videre in hoc  
exemplo.

\* Verba ligant homines, taurorum cornua funes  
Quod facit hunc sensum: Sic verba li-  
gant homines, sicut taurorum cornua  
funes. Sed illa particula, sic, et sicut  
præter =

56  
praetermissa sunt ratione. Mebri. Cap.

## Cap. 6. de dissimilitu- dine.

Dissimilitudo contraria similitudini est  
improportio, seu dyconvenientia inter ali-  
qua, quae sunt diversa essentia vel na-  
turae. V. g. inter hominem et leonem, ut vi-  
dere est in hoc exemplo: Leo inter brutum  
ferocissimum hosti prostrato, et veniam pe-  
tenti, parcat; Homo vero inimico suo par-  
cere non vult.

Argumentum <sup>à Dis-</sup> ~~de~~ <sup>Simi-</sup> ~~de~~  
litudine, frequens est apud Poetas et  
oratores. Sic Catullus ad Lesbians.

- \* Solex occidere et redire possunt
- \* Nobis cum semel occidit brevis lux
- \* Nox est perpetua una dormienda

Sic etiam illud Ilaya l. v. 3. Cogno- #  
vit Bos possessorem suum, et asinus  
praesepe



praesepit Domini sui: Israel autem me  
non cognovit, et populus meus non in-  
tellexit:

## Cap. 7. de Contrariis

Contraria sunt in quadruplici genere, ne-  
pe adversa, rebata, privantia, et contra-

dictio. Adversa sunt illa, quae sub eo-  
dem genere continentur, sed inter se ad-

versantur. V. g. homo homo et brutum,  
album et nigrum, dulce et amarum. Re-

batata sunt illa quorum unum refertur ad  
aliud, et unum nequit esse sine alio. V. g.  
Pater et filius, Magister et Discipulus, Dñs

et servus. Privantia sunt illa, quorum unum

dicit privationem alteri. V. g. Vidus et ca-  
ecitas, vita et mors, Sanitas et infirmitas.

Privatio autem est carentia alicuius per-  
fectionis in subiecto capaci talem perfec-  
tionis, vel potente habere talem perfec-  
tionem

57  
tionem, et sic carentia viuy in ho-  
mine est privatio, quia homo est capax vi-  
uy. Sed carentia viuy in lapide non est pri-  
vatio, sed negatio, quia lapis non potest ha-  
bere viyum. Contradictoria dicuntur af-  
firmatio et negatio circa eandem rem. V.g.  
Publiuy Clodiy interfecit Milonem; Pu-  
bliuy Clodiy non interfecit Milonem.

Contraria diversa sunt in du-  
plici differentia: Quaedam sunt inter que  
stantur alia intermedia. V.g. album et  
nigrum. Dulce et amarum, quia inter  
albedinem et nigredinem reperiuntur  
alij colores medij; et inter dulcedinem  
et amaritudinem inveniuntur alij sa-  
pores. Alia sunt diversa, inter que nul-  
lum datur medium. V.g. sanitas et in-  
firmitas, sapientia et stultitia; quia  
inter sanitatem et infirmitatem nihil  
mediat, nec etiam inter stultitiam, et sapi-  
entiam.



Si aduersa sunt i modo possunt  
ab illij formari haec arguta. I ab affirma-  
tione unius aduersi tione unius aduersi ad  
negationem alterius est validu argutu;  
vt patet in istij: Est album: igitur  
non est nigrum. Est dulce: igitur non  
est amarum. At vero a negatione unius  
aduersi ad affirmatione alterius non va-  
let argutum. Vt patet in sequentibus  
exemplij: Non est album: igitur dulce.  
nigrum. Non est amarum: igitur dulce.

Si vero con-  
traria aduersa non habeant inter se  
mediu, tunc ab affirmatione unius ad  
negatione alterius valet argutum; vt pa-  
tet in hij exemplij: Est infirmus: igitur  
non est sanus. Non est stultus: igitur  
est sapiens. = Inter contraria ve-  
lata fieri potest argutum ab affirma-  
tione unius ad affirmatione alterius;  
et

et e contra, ut videre est in hijs exemplis:  
Guilielmus est filius Joannis: igitur Jo-  
annes pater est Guilielmi. Vincentius  
non est discipulus Mathei: igitur Matheus  
non est magister Vincentij. Sic illud Ci-  
ceronis pro Marco Marcello: Ex quo  
profecto intelligi potest quanta in dato  
beneficio sit laus, cum in accepto tanta  
sit gloria. Nam datum et acceptum  
sunt velata.

In contrariis privantibus,  
et contradicentibus sumitur argutum ab  
affirmatione unius ad negationem alterius  
et e contra. De privantibus exemplum est apud  
Martianum lib. 5. Epigrammate 83.

Semper eris pauper, si pauper es Emiliane  
Dantur opej nulli nunc nisi divitibus.  
Vbi pauper dicit privationem divitiarum.  
et argutum tale est: Emiliane tu es pauper,  
et ideo semper eris pauper, quia nullus tibi  
dabit



Coabit, nam nunc solum dantur opej divi-  
tibus.

In contradicentibus e observandum, quod  
utraq; contradictio loquatur de eodem sub-  
jecto, de eodem tempore, et loco; propterea  
iſta non sunt contradicentia: Petrus dor-  
mit in Ecclia, Petrus non dormit in au-  
ſa. Petrus nocte dormit, Petrus in die non  
dormit. quia in duob; primis non ser-  
vatur idem locus, et in duob; ultimis no  
variatur tempus. Cap. 8. de rep.

## Cap. 8. de repugnan- tibus.

Repugnantia sunt illa, qua taliter in-  
ter se repugnant, quod nullo modo  
simul reperiri possunt in eodem sub-  
jecto. V. g. Multum ludere, et multum  
studere; Servire Deo, et Diabolo;  
vacare gulae, vel ebrietati, et virtuti  
Sunt

59

Sunt repugnātia quia simul non pos-  
sunt reperiri in eodem subiecto.

Ab affirmati-  
va unius repugnantij ad negationem  
alterius valet argumentum. Ex. Paulus  
multum vacat ludo igitur non multum  
vacat studio. tale est illud argutum quo  
utitur Hieronimus Cap. 9. v. ii be qui consurgitis  
mane ad ebrietatem sectandam, et  
potandum usque ad vesperam ut vino  
extuetis. Cithara et lyra et timpanum  
et tibia, et vinum in convivij vestri  
et opus. Qui non respicitis. Simili arguto  
usus est Aeneas apud Virgilium lib:  
i Aeneidos ad probandum quod Venus  
Dea est, quamvis si simularet esse  
personam humanam quia scilicet  
non habebat vultum mortalem nec  
vocem humanam dicens.

\* O quā te memorem virgo! nāq̄. haud  
tibi vultus



\* Mortalij nec vox hominū sonat a Dea certū

## Cap 9 de subjectis et adjunctis.

Subiecta apud Grammaticos vocantur  
nomina substantiva et adiectiva, que  
substantivis conjunguntur. Vg. Homo  
Doctus. Subjectum est homo, et adiec-  
tum est doctus: adiecta autem, vel  
ut alij vocant adiuncta, sunt in  
triplici differentia: quedam enim  
sunt antecedentia, quedam con-  
comitantia, et quedam subsequencia.

Antecedentia sunt que antecedunt  
rem sicut Aurora precedit solem;  
Concomitantia ipsam rem con-  
comitantur sicut lux solis con-  
comitantur solem; et tandem  
subsequencia subsequuntur  
rem vel post.

post ipsam sequuntur: Sicut nox subsequitur solij occasum.

Insuper adjuncta sunt adhuc in duplici differentia: Quaedam enim dicuntur nativa et propria, quia scilicet soli subjecto convenient, et non aliis, et sine ipsi subjecta esse non possunt potest. V.g. esse visibile respectu hominis, et esse summe calidum respectu ignis. quia visibilitas soli homini convenit, et summus calor soli igni, et etiam nequit esse homo sine visibilitate, nec ignis sine summo calore. Alia adjuncta vocantur accidentia communia, quia communia sunt ipsi subjecto, et aliis, et subjecta sine ipsi esse potest. V.g. esse calidum respectu aquae, et esse album respectu hominis. Quia esse calidum non convenit soli aquae, sed etiam aliis rebus, et esse album commune est homini, et aliis rebus,  
et



et aqua potest esse sine calore, sicut etiam  
homo sine albedine.

Si accidentia adjuncta  
sunt propria et nativa, tunc ab affirmati-  
one adjuncti, ad ~~negationem~~ <sup>affirmationem</sup> subjecti va-  
let argumentum, et est contra: ut patet in hijs  
exemplijs: Est visibilis. igitur homo. Est  
summe calidum: igitur ignis; et est con-  
tra, valet etiam negative ex utraque parte.  
V.g. non est visibilis: igitur neque homo  
non est summe calidum. igitur neque  
ignis. et est contra.

Adjuncta accidentia sive  
communia nullam vim vel fere nullam  
habent ad argumentum; Non enim valet:  
Est homo. igitur albus, neque est contra: Deser-  
vunt autem hujusmodi adjuncta ad ora-  
tionis ornatum, et splendorem, maxime  
ad describendum, vel depingendum subjectum.  
Sic Virg. *Aeneid.* 1. *depingit Oceanum*  
*venere*

Venerem, tanquam Virgine ~~espartana~~ ~~espartana~~ ~~espartana~~  
venationi vacantem. Sic etiam Martialis  
lib. 12. Epigrammate 54. descripsit, seu de-  
pingit Zoilum in hunc modum dicens:

\* Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine ~~pycy~~.

\* Rem magnam prestat Zoile si bonus es.

Similiter etiam ~~cap. 29.~~ describitur equus  
ad bellum procedens his verbis: ~~Job. cap.~~

~~39. v. 24.~~ Terram ungula fodit, exul- #

tat audacter eq. Job. 39. v. 24. Et v.

28. dicitur: Vbi audierit buccina dicit, #

vak. prout odoratur bellum

## Cap. 10. de causis.

Causa dicitur id quod aliam rem produ-  
cit, vel illi dat esse. V. g. Pater est causa  
filij, quia illum producit, eique dat esse.

Quatuor autem sunt genera causarum, scilicet  
causa efficiens, causa materialis, causa  
formalis, et causa finalis.

Causa



Causa efficiens est illa à qua res fit,  
vel producitur: V.g. Deus est causa efficiens  
omnium rerum, quia omnes fiunt  
à Deo. Architectus est causa efficiens do-  
mus, quia domus fit ab Architecto. Cau-  
sa materialis dicitur illud omne ex quo  
res fit, vel componitur. V.g. Lapidus, et  
ligna sunt causa materialis domus, quia  
ex illis fit, seu componitur domus. Cau-  
sa formalis dicitur illa per quam res  
dicitur talis in se, et differt ab aliis. V.g.  
anima rationalis est causa formalis ho-  
minis, quia homo in se est talis per ani-  
mam rationalem, et per illam differt  
ab aliis. Causa finalis est illud propter  
quod res fit, vel producitur, et ad quod  
ordinatur. V.g. Navigatio est causa fi-  
nalis navis, quia est id propter quod na-  
vis producitur, et ad quod ordinatur.

Deinde causa efficiens  
dividitur

62  
Dividitur in absolutam, adjuvantem, pro-  
creantem, et conservantem. Causa absolu-  
ta dicitur illa, quæ per se sola producit  
effectum, et non indiget adjuutorio alterius.  
V. g. ignis est causa absoluta caloris, et sol  
est causa absoluta diei, quia ignis per se  
solus, et absq[ue] adjuutorio alterius producit  
calorem, et similiter sol producit diem.

Causa adjuvans dicitur illa, quæ per se  
sola ~~non~~ requirit producere effectum; adju-  
vat tamen ad illum producendum. V. g. Mal-  
leus et alia instrumenta, quib[us] quilibet ar-  
tífex producit suum opus, et etiam famuli  
qui in tali opere ipsum artificem ad-  
juvant. Causa procreans est illa quæ pri-  
mo producit effectum, seu illi dat pri-  
mum esse: Nam procreare idem est  
ac primo creare. V. g. Pater est causa  
procreans filium, et arbor est causa procre-  
ans fructum, quia pater dat primum  
esse.



esse filio, et arbor etiam dat primum esse fructui.  
Causa conservans dicitur illa, qua conser-  
vat rem in suo esse, quod antea jam habe-  
bat. V. g. Cibus est causa conservans homi-  
nem, quia conservat eius vitam, quod an-  
tea homo jam habebat.

Postremo ex causis effici-  
cientibus, quadam necessariae sunt, et qua-  
dam liberae. Causa necessaria dicitur illa  
qua posita necessario et infallibiliter po-  
nitur effectus. V. g. Sol est causa necessaria  
diei, et ignis est causa necessaria caloris,  
quia posito Sole, necessario ponitur dies,  
et posito igne, necessario ponitur calor.

Causa libera est illa, qua posita, non po-  
nitur necessario effectus, sed potest poni,  
vel non poni. V. g. homo est causa libera  
deambulationis, quia posito homine, non  
ponitur necessario deambulatio, sed potest  
deambulare, vel non deambulare, si velit.

Si causa efficiens necessaria est,  
tunc à positione cause ad positionem effectus,  
valet argumentum, non autem valet, si causa est  
libera. V. g. bene valet: Datur ignis: igitur  
datur calor. Datur sol: igitur datur dies.  
Non autem valet: Datur homo: igitur de-  
ambulat. quia homo, ut diximus est causa  
libera deambulationis.

Quando effectus solus provenire po-  
test ab una causa, tunc à positione effectus  
ad positionem cause valet argumentum: V. g.  
quia dies provenit à sole, et non ab alio,  
et diarsus, quia solum provenit ab ho-  
mine, et non ab alio; ideo bene valet

argumentum: Datur dies: igitur datur sol. Dy-  
currit: igitur est homo. Si vero effectus pro-  
venire possit a pluribus causis, tunc à po-  
sitione effectus non valet argumentum ad po-  
sitionem cause unius determinate: V. g.  
quia calor provenire potest à pluribus  
causis.



causis, scilicet ab igne, et a sole, a motu eius  
ideo non valet argumentum. Datur calor: igitur  
datur ignis.

Valet etiam causa ad lau-  
dandum, et vituperandum; Quando autem  
oritur ab optimis causis solet esse optimus,  
et est contra, quod procedit a pessimis cau-  
sis, solet esse pessimus, iuxta illud:

\* Derivata solent ritibus servare parentum.  
Ideo sanctus Lucas laudat Praecursorem bap-  
tistam, quia ortus fuit ex parentibus no-  
bilibus, et iudicis; Et est contra Cicero vitupe-  
rat Marcum Antonium Philippicis 2<sup>o</sup>  
quia ex patre improbo, et vitioso natus  
fuerat.

Causa finalis etiam deservit ad pro-  
bandam bonitatem vel malitiam ef-  
fectus: Illud enim quod fit propter bo-  
num finem, bonum est; et est contra, illud quod  
fit propter malum finem, malum est.

• Et

Et ideo ille qui addit Sacrum ob furtivum,  
male agit, quia habet malum finem. Qui  
vero addit sacrum propter Ecclesie precep-  
tum implendum, bene operatur, quia bo-  
num finem habet: Unde ex causa finali  
laudare possumus, vel vituperare effectus.

Causa materialis  
etiam conducit ad laudem, vel vituperium  
effectus: Si enim materia ex qua res fit est  
pretiosa et optima, tunc etiam res facta  
ex tali materia, pretiosa erit et op-  
tima; Si vero materia sit vilis, et parvi  
momenti, talis etiam res erit ex illa fac-  
ta. Unde Ovid. lib. 2. Metamorphoseos  
Soli palatium laudat ratione materiae sic:

- \* Regia soli erat sublimibus alta columnis
- \* Clara micante auro flammisq; mirantibus arboribus
- \* Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat
- \* Argenti bifores radiabant lumine valvae.

A quatuor causis laudare  
possumus



laudare  
possumus vel vituperari eundem numero effectum  
V.g. hominem possumus, 1° a causa efficiente, quia  
immediate a Deo creatus fuit. 2° a causa ma-  
teriali, quia constat corpore melius disposito  
quàm alia animalia. 3° a forma, quia ha-  
bet formam nobiliorē, nempe animam rationa-  
lem. 4° tandē a fine, quia alia animalia, et  
omnes res corporeae factae sunt ob hominem;  
homo autem propter Deum, et beatitudinem  
consequendam.

Attamen causa formalis præ-  
cipuè obtinet locum tam ad probandum effec-  
tum, quàm ad illum laudandum, vel vituperandum.  
Cum; posita enim causa, necessario ponitur  
effectus, et ablata, auferitur; V.g. habet formam homini; igitur est homo. Et e contra;  
Caret forma homini; ergo non est homo.

## Cap. II. de effectis.

Effecta, seu effectus dicuntur illa, quae a  
causis

causis producuntur, et ideo alio nomine vocantur eventus, sive eventa, quia veniunt à causis. V.g. calor est effectus ignis, quia ab igne provenit, et causatur. Et ideo tot sunt effecta, quot sunt genera causarum, scilicet effectus causae efficientis, causae materialis, formalis, et finalis.

Modus arguendi per effecta frequentior est, et efficacior est quando ex remotione effectus, removetur etiam causa. V.g. Non datur calor. igitur non datur quod sit causa caloris. Non est dignus poena. igitur non commisit culpam, quia poena oritur ex culpa.

Ad laudem etiam et vituperium causa plurimum deservit effecta: Si enim bona sunt, laudamus causam, et si mala sint eam vituperamus: Quia propter illi qui inveniunt artes utiles, laudari solent. Ut subal  
quia



quia invenit artem pastoritiam, Tubal  
quia invenit musicam, Tubal cair  
quia invenit artem fabrilem, et Enos  
quia invenit primū modū offerendi Sa-  
crificia, et orandi Deum. Et contra vero,  
eos vituperamus homines, qui artes <sup>vel</sup> res  
perniciosas invenerunt. V. g. Noe vel  
Bacchus, eo quod invenit vinum quo ho-  
mines inebriantur, et Circe  
quia invenit maleficia, et venena.

## Cap. 12. de Comparatis.

Comparata fiunt cum dua res inter se  
comparantur, et est triplex comparatio-  
nis gradus, nempe à minori ad majus,  
à majori ad minus, et à pari ad par.

Comparatio à minori  
ad majus fit quando probare intendimus  
quod illud, quod in re minori valet, va-  
let etiā in majori, quale est illud argu-  
mentum

6  
menti Christi Domini Math. 6. v. 30. Si enim #  
granum agri, quod hodie est, et cras in clibas  
num mittitur, Deus sic vestri quanto magis  
vos modica fidei? Sic etiam illud Joannij  
3. v. 12. Si terrena dixi vobis, et non credis #  
his: quomodo si dixero vobis celestia crede-  
ris? Hinc etiam illud Horatij, Libro 1.  
epistola 2<sup>a</sup> ad Selliū.

\* Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones

\* Ut te ipsū serves, non expergicere?

Secundū modū comparationis est e  
contra, nempe a majori ad minū, cū sci-  
licet probamus quod illud, quod valet in  
re majori, multo magis etiam debet valere  
in minori. Tale est illud Christi Domini.

Joannij 13. v. 14. Si ego lavi pedes vestros, #  
Domine et Magister: et vos debetis alter al-  
terius lavare pedes. Sic etiam illud Te-  
rentij: Si parentem non fert suum,  
neminem feret.

Comparatio



Comparatio à pari ad par fit, quando  
 volumus probare, quod illud, quod valet in uno,  
 valet etiam in alio pari. Sic Divus Paulus  
 ad Romanos 6. v. 19. loquens cū gentilibus  
 ad Christi fidem conversis dixit: Sicut enim  
 # exhibuistis membra vestra servire immu-  
nditiae et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc  
exhibete membra vestra servire iustitiae  
ad sanctificationem. Sic etiam Martialis  
 lib. 2. Epigrammate 18. in Maximum  
 probat sic esse parem, a paribus effectibus  
 hoc modo:

- \* Capto tuā pudet heu? sed capto Maxime scenā
  - \* Tu captus alius, jam sumus ergo parei
  - \* Sum comes ipse tuus, tumidus ante ambulo Regē
  - \* Tu comes alterius; jam sumus ergo parei
  - \* Mane salutatus venio, tu dixeris ipse
  - \* Ante salutatus; jam sumus ergo parei eius
- Fit etiam huiusmodi comparatio quando nu-  
 merus cū alio numero equiparatur. Sic  
 illud

illud Ovidij lib. 4. tristiu Elegia 2.

- 61
- \* Littora quot conchas, quot amena Rosaria flore
  - \* Quotve Soporipheru grana papaver habet.
  - \* Sylva ferax quot ~~Monti~~ quot piscibus unda natantur
  - \* Quot teneris pennas aera pulsat avij,
  - \* Tot praemox adversis, qua sint comprehendere coner,
  - \* Iticcaree numerum dicere conerque.

Ad comparatione pertinet etiam parabola,  
qua est aliquod fictu exemplum quod pro-  
ponitur ad probandum vel docendu aliquid  
veritatem. Sic Divus Paulus ad Romanos 9.  
~~utitur~~ utitur parabola figuli ad proban-  
dum quod Deus nemini facit injuriam,  
quod vix ei debeat gloria: Si etiam figulus  
ex eadem massa habet potestatem facien-  
di quaedam vasa in honorem, et quaedam in con-  
tumelia. Sic etiam Deus respectu hominum.  
Frequentissimam  
est parabolaru usum in sacra scriptura.  
Sic parabola filij prodigi ad probandam  
divinam



Divinā clementiā. Parabola de decem virgi-  
nibus probat quod semper debemus vigilare, et  
similiter de pluribus aliis, quae passim pro-  
ponebat Christus: Nam ut dicitur Math.  
# 13. v. 34. Haec omnia locutus est Jesus in  
parabolis ad turbas, et sine parabolis non lo-  
quebatur eis.

Huc etiā pertinet apologus, sive fabu-  
la in qua ~~introducitur~~ introducuntur res  
inanimata vel ratione carentes loquentes  
inter se, cujus finis est docere aliquid ad  
morem pertinens. Sic Judic. 9. v. 8. et sequen-  
tibus introducuntur arbores inter se collo-  
quentes, ut eligerent sibi Regem. Simili-  
ter etiā Apostolus 1<sup>a</sup> ad Corinthios 12.  
v. 14. et sequentibus introducit humani cor-  
poris membra inter se colloquentia ad pro-  
bandam mutuam charitatem, quā inter se om-  
nes ~~Christi~~ Christi fideles habere debent.  
Satis etiā sunt omnes fabulae Aesopi.  
Postremo

68

Posremo ad comparatione redu-  
citur argutum ab impossibili quo probatur  
quod aliquid non eveniet, priusquam con-  
tingat aliqua res ~~impossibilis~~ omnino im-  
possibilis. Tale est illud Christi Domini Mat-  
thaei 5. v. 19: Donec transeat calix et terra,  
jota unum, aut unus apex non preteribit  
a lege, donec omnia fiant. Sic etiam illud  
Virgilij Ecloga 1.

- \* Ante leves ergo pascentur in Aethera cervi
- \* Et freta destituent nudos in litore pisces
- \* Ante seleratis arborum sinibus exul.
- \* Quia nostro illis labatur pectore vultus.

## Cap. Vltimum de ar- gumentis assumptis.

Arguta, ut diximus sunt in duplici diffe-  
rentia, quaedam scilicet in situ, et alia  
assumpta, seu extranea: Illa deumuntur  
ex loci topici, quos hactenus explicavimus,

Itac



Hæc vero extrinseca assumuntur, nempe ab  
auctoritate et testimonio aliorum: et hujusmo-  
di arguta maxime in usu sunt Sacry Ora-  
toribus: Ut autem sciatur unde assume-  
re debeat hæc arguta

Advertendum est 1<sup>o</sup> quod  
testimoniū est duplex, nempe divinum et  
humanum. Divinū testimoniū est infalli-  
bile, quia innititur auctoritati Dei, qui  
nec falli nec fallere potest, et ideo in-  
ter arguta assumpta, illa quæ ex sacra  
scriptura deprompta sunt majorem vim  
habent quam quælibet alia.

Deinde arguta deprompta  
ex sacry concilij, vel ex decretis Pontifi-  
cij ~~et~~, vel ex communi traditione Ecclesie  
majorem firmitate habent, quàm quali-  
bet alia humana testimonia. Post hæc  
sequitur auctoritas Sanctorum Patrum, et Ec-  
clesie Doctorum, quæ præponi debent  
auctoritati

69  
auctoritati Philosophorum, vel Oratorum  
et Poetarum gentiliū. Verum quidem est.  
quod testimonia istorum plurimū valent,  
praecipue circa illam artem vel scienti-  
am in qua floruerunt. V.g. in rebus Phi-  
losophia Aristoteles, et Plato, et alij excel-  
lentes Philosophi valde conducunt, et  
sic de ceteris.

Deserviunt etiā ad arguta assup-  
ta historia Eulegiātica, et etiam illa qua  
tractant de vitis et gestis Sanctorum; illa  
etiam historia, qua vulgo dicuntur pro-  
phana, quia scilicet tractant de gentilibus  
et eorum Divis, Sacrificiis et ritibus, ac  
etiā illa qua referunt bella et facta  
Regum, vel Imperatorū, vel Ducum  
etiam conducere possunt ad huiusmodi  
arguta. V.g. Apud Gentiles erat quaedam  
Dea, qua vocabatur Pandora, id est om-  
nium gratiarū Domina, quia scilicet  
omnes



omnes alij Dei et Dea ei communicaverat  
suam gratiam; Hac quidem hystoria fic-  
ta est, sed nihilominus deservire potest  
in locutione & Beatissima Virgine; hac  
enim vera fuit Pandora, omni gratia ple-  
na, habuit enim in se gratias omnium  
Sanctorum, Sanctorum, etiam et Angelorum,  
et sic Domina fuit omnium gratiarum.

Sunt etiam  
alia loca ex quibus sacri oratores de pro-  
mere solent arguta deumpta. Primus  
locus est Dei promissio, cum scilicet Ora-  
tor probat quod aliquid certo eveniet,  
gloria Dei ita promittit: Si exhortari  
possumus peccatorem ad spem venia conse-  
quendam a Deo, utendo illius verbis, quae  
# Dixit Deus Isaya 1. v. 18. Si fuerint  
peccata <sup>vel pro</sup> sicut coccinum, quasi nix dealba-  
buntur. Vel iij alijs verbis, quae dixit  
# Isaya 6. v. In quacumque hora  
ingemuerit

ingemuerit peccator, iniquitatu eius non recordabor amplius.

2<sup>o</sup> Locy est Dei comminatio, qua peccatoriby minatur Dei penas quibz deterri possunt peccatores, ut a culpa recedant. Talia sunt illa verba qua loquitur Deus cum peccatoriby dixit Ezechiel: Ay 32. v. Ilaya 1. v. 20. Si nolueritis, et me ad iracundia provocaveritis, gladius devorabit vos. Et illa Mathei 26. v. 52. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

Plurima etia possunt de sumi argumenta ex oraculis Prophetarum et Sibillarum, qua licet gentiles fuerint, tamen divino lumine illustrata, multa futura praedixerunt de Christo, et Ecclesia; et ideo Sancti Patres pro Christiana religione pugnantes contra gentiles, Sibillarum testimonio utebantur. Ex omnibus hijs  
Locy



loci et alij supra assignati de promere debe-  
re arguta, et illa deligere qua magis con-  
ducunt ad orationis intentum: Inventio  
enim precipue consistit in electione eorum  
qua ad orationem conducunt, qua postquam  
inventi sunt, necesse est ut recte disponan-  
tur, pro quo deservit secunda Rhetorica  
pars, scilicet dispositio, de qua libro se-  
quenti tractabimus. Et ita sit Liber 3.  
De dispositione.

Liber 3. de dispositione  
Dispositio secunda Rhetorica pars est  
rerum inventarum in ordinem  
distributio

71

Distributio: Unde eius principium in unum  
est distribuere, et collocare ea, quae inven-  
ta sunt iuxta debitum ordinem: Qua-  
propter si in Oratore deficiat dispositio,  
quamvis ea quae dicuntur bona sint, ora-  
tio venustatem et pulchritudinem non  
habebit: Sicut enim flores, quamvis inter  
se pulcherrimi sint, tamen pulchrum  
ramus non efficiunt, nisi bene inter se  
disponantur. Et ideo Orator multum in-  
studare debet in oratione disponenda, et  
distribuenda in suas partes.

Partes autem oratio-  
nis Rhetoricae quatuor sunt, scilicet: Ex-  
ordium, narratio, confirmatio, et Epi-  
logus. Prima pars, nempe Exordium de-  
servit ad conciliandos Auditorum animos  
seu ad captandam eorum attentionem. Narra-  
tio, atque confirmatio de veritate ad  
probationem causae. Et tandem Epilogus  
ad



ad moven<sup>du</sup> ~~aud~~ auditores ad hoc ut credant  
ea quae probata sunt, quae propter  
h<sup>is</sup> partib<sup>us</sup> sigillatim tractabim<sup>us</sup>, et ita sic

## Cap. I. de Exordio.

Exordium prima Rhetorica orationi  
pars Auditorum animos disponit, eosq<sup>ue</sup>  
reddit attentos ad ea, quae postmodum  
dicenda sunt, quod quidem Auctor conje-  
quetur, si reddat Auditores benevolos,  
dociles, et attentos. Primo eos reddet be-  
nevolos, si exorditur eos laudando, vel  
proponendo eis quod intendit orare prop-  
ter eorum utilitatem, et benevolentiam.

Exempla peti possunt ex Cicerone, qui  
regulariter suae orationis incipit lau-  
dando Patres Conscriptos, vel sua bene-  
volentiam, et gratitudinem erga eos  
et Republicam proponendo. Sic Apos-  
tolus ad Romanos et Corinthios scribens  
incipit

incipit epistola commendando eorum  
fidem. Et ad Philippenses, et Thesalo-  
nicenses oritur epistolam a benivolentia,  
et ab amore quo illos prosequer-  
batur.

2<sup>o</sup> reddantur Auditores dociles,  
si eos doceamus de re quae in oratione se-  
quenti dicturi sumus, eam breviter ex-  
plicando. V. g. si orator concione habi-  
turus est de Apostolo Petro, in exordio  
suo reddet Auditores dociles: Hodierna  
die dicturus sum de Apostolo, qui in-  
ter alios meruit principatum, cui  
Christus tradidit claves regni caelorum,  
et sui Vicarium constituit. Isti enim  
verby docentur Auditores, et facile in-  
telligunt, quod orator vult praedicare  
de Apostolo Petro, et non de quolibet  
alio Sancto. Etiam poterit orator doce-  
re Auditores in exordia de partibus  
in



in quay dividere vult suam oratione. V.g.  
si concionaturus de Divo Petro dicat  
Orator: Concionem meam in tres divi-  
sam partes: In 1<sup>o</sup> dicam et probabo qd  
Divy Petrus fuit major omnibus hominibus.  
In 2<sup>o</sup> quod fuit major omnibus Angelis.  
Et in 3<sup>o</sup> tandem quod fuit par aliquo  
modo Christo.

Attentus erit Auditor si in  
Exordio rem magnam, novam, insolitam,  
vel pene incredibilem, dummodo tamen  
ea res vera sit, proponimus. Sic Sapien-  
tia divina cap. 16. ut redderet Auditor.  
+ res attentos sic dixit: Audite me sapien-  
tes, quia de rebus magnis locutura sum.  
Sic etiam Demosthenes dum oraret Alhe-  
ny, et Auditores minus attentos videret, in  
haec verba prorrupit: Audite, audite ques-  
tionem novam, quam nunquam audij-  
ty, et nuper accidit. Et postea protulit  
ridicula

viduam inter Dominum et servum  
qui de umbra muli altercabantur. Et  
hoc modo Auditorij reddidit attentos.

# Cap. 2. de Exordio in Sacriy concionibz.

Cum inter Catholicos omniy orandi, seu  
dicendi precipue exerceatur in Sacriy  
concionibz, congruū est aliquas specialey  
regulas adducere ad conficienda Exordia  
in qualibet concione iuxta questione  
vll materiam de qua tractandū est:  
Pro quo observandum est, quod questio  
seu materia de qua tractare potest Ora-  
tor est quintuplex, scilicet, honestā, tur-  
py, humiliy, obscura, et dubia.

Honestā causa, seu  
questio est illa, quae jucunda est, et  
Auditoribz grata, et eorum inclinatio-  
ni conformis. V.g. questio de virtute,  
jejunio



ieiunio, et oratione honesta erit respectu  
hominum qui virtuti student, et quæstio de  
Medicina honesta erit respectu Professorum  
dictæ scientiæ: Quando ergo causa est hu-  
ijusmodi non est necessarium in Exordio cap-  
tare benevolentiam, quia ipsamet res, quæ  
tractatur, cum iucunda sit, et placeat ipsi  
Auditore, ipsa sola sufficit ad reddendos  
ipsum benevolos: solum ergo procuranda  
est attentio, et docilitas, si materia obs-  
cura sit.

Causa humilij dicitur illa in  
qua tractamus de re vili, et parvi  
momenti, qualij est tractatus ille, quæ fe-  
cit Ovidius de pulice, et ille de nuce, et  
similij alij, et hujusmodi in hujusmodi  
causij maxima procuranda est Auditoris  
attentio, quod fiet si rem parvi momen-  
ti ita exornemus, ut appareat magna, vel  
etiam aliquam utilitatem illius Audito-  
ribus

ribus proponamus: Unde Hieronymus  
videtur in tractatu, quem fecit de ludo scha-  
chia tale proposuit Exordium.

- \* Ludimus effigie belli, simulataq; veris
- \* Prælia buxo acies fictas, et ludicæ regna
- \* Ut gemini inter se Reges albusq; nigerq;
- \* pro laude oppositi certent bicoloribus armis.

Causa obscura dicitur.

tur quando agimus de aliqua re, quæ ab  
Auditore ignoratur, quod facile & clare  
cognosci non potest ab illis: et in huius-  
modi causis debet Orator reddere Audi-  
tore dociles, scilicet declarando et ex-  
planando ea, quæ obscura sunt, ita  
ut ab Auditoribus clare percipi possint:  
Vitabit etiam tropos et figuras præci-  
pue si Auditores sunt rudes, quia nimis  
usus eorum obscuram reddit orationem.

Causa dubia est illa,  
quæ partim est honesta, et partim turpis,  
quando



quando scilicet continet duas partes, quarum  
una placet Auditoribus, et altera displicet,  
et in huiusmodi causis debet exordiri oratio  
proponendo solum eam partem, qua Audi-  
toribus placet. V. g. si apud avaros habendus  
est sermo de eleemosina et eius premio,  
tunc Orator incipiet non a difficultate  
eleemosina, qua Auditoribus displicet, sed  
ab eius premio, quod ipsis placet. Cap.

### Cap. 3. de Narratione.

Narratio qua post Exordium sequitur  
quatuor debet habere conditiones, ut opti-  
ma sit. 1<sup>o</sup> quidem debet esse brevis. 2<sup>o</sup>  
clara. 3<sup>o</sup> probabilis. 4<sup>o</sup> tandem suavis  
seu iucunda.

Brevis erit narratio, si solum in  
ea referantur illa, qua ad propositum  
pertinent, relinquendo omnia alia qua  
ad rem non faciunt: V. g. Orator volens  
ponderare

ponderare excellentiā Angelici Doctoris  
Theologorū Principij Divi Thomae Aquina-  
natis, quia in eius orbe tres Luna apparu-  
erunt, et in eius obitu novum Sisy, brevi-  
ter debet narrare hujusmodi hystorias, pro-  
ponendo solum circumstantias illas, quae ad  
probandū suam intentū conducunt.

Clara erit Narratio  
si in ea <sup>non</sup> eda cernentur, vel nimis frequenten-  
tur tropi et figurae, sed fiat simplicibus  
verbis, et veritatibus, explicando tempus, per-  
sonas, locum, et alias circumstantias con-  
ducunt ad hystoriam illam de qua narra-  
tio tractat. V. g. Si Orator velit narra-  
re prodicionem Christi a Juda, <sup>factam</sup> ut narra-  
tio clara sit, explicare debet quī fuerit  
Judas, nempe Apostolus, ab ipso Christo  
electus, et dilectus; proponet etiam tem-  
pus, in quo talem prodicionem fecit, scilicet  
immediate post cenam in qua  
Christus



Christi eius pedes laverat, eius suum corpus et  
Sanguinem traderat; simul etiam referet mo-  
cum quo Christum tradidit, videlicet osculo,  
quod est signum amicitiae.

Probabilis erit narratio,  
si res qua narratur vera sit, vel verosimi-  
lis, etsi consentiat cum tempore, loco, personis,  
vel alij circumstantij: propterea probabi-  
lis non est narratio Virgilij de amoribus  
Aeneae, et Didonis, quia non consentit cum  
tempore; quia ut refert Divus Augustinus,  
Aeneas, Didosque non vixerunt in eodem tem-  
pore. Ad probationem etiam narrationis  
conducit etiam auctoritas eorum, qui histo-  
riam referunt: Si enim Auctor fabulo-  
sus sit, ut saepe contingit in Poetis, tunc hi-  
storia non redditur probabilis: Si vero Auc-  
tor sit veridicus, tunc probabilis fit, qua-  
vis alia videatur incredibilis, ut contin-  
git in historia Samsonis, quae videbatur  
fabulosa

76  
fabulosa, nisi Spiritus Sanctus eam  
narraret.

Lucunda est narratio si in illa  
adhibeantur admirationes & res novae  
et insolitas, quibus suspendantur animi Au-  
ditorum, vel si referantur exitus inopina-  
ti, vel si fiant descriptiones, quibus ve-  
re proponantur Auditoribus, ac si eos ocu-  
lis prospicerent. Etiam conducit ad sua-  
vitatem narrationis Stylus elegans, sed  
clarus; et super omnia gestus, et motus cor-  
poris proportionari debent cum iis quae  
narrantur. Cap. 4. De Propositione et

## Cap. 4. de propositione et introductione.

Multoties in oratione non est necessa-  
ria narratio, et tunc loco narrationis  
post exordium ponitur propositio vel  
introductio, in quibus servari debet ipsemet  
quatuor



quatuor regule, quas supra assignavimus  
de narratione.

Est autem propositio que-  
dam brevis oratio, in qua proponitur Au-  
ditoribus id quod intendit probare ~~Orator~~  
vel confirmare Orator. V.g. si Orator in-  
tendit probare, vel confirmare Angeli-  
cum Magistrum inter ceteros Docto-  
res Ecclesie præcellere, posito exordio,  
adjungetur propositio hoc modo: Quavis  
Angelicus Magister inter ceteros Eccle-  
siae Doctores sit Quintus, tamen in præ-  
senti oratione demonstrare conabor, quod  
doctrina et sanctitate primus obtinet  
locum inter omnes.

Introductio est brevis  
tractatus de aliqua re, que licet directe  
non conducat ad id quod intendit probare  
vel confirmare Orator, sed tamen habet  
cum eo magnam connexionem. V.g. si Orator  
intendat

intendat probare, quod vera beatitudo hujus vi-  
tæ consistit in contemptu mundi, poterit intro-  
ductionem proponere, adducendo questionem  
in qua inquiret quid est beatitudo, et quæ  
requiruntur ad ~~beatitudinem~~ veram beatitudi-  
nem, quia hujusmodi questio maxime condu-  
cit ad probandum, veram beatitudinem consistere  
in mundi contemptu, quod est principale in-  
tentio.

Introductio desumi potest a Theji, seu  
a questione indefinita, qua probata de cen-  
dit orator ad questionem finitam, et postea  
concludit suum intentio. V.g. Si Orator inten-  
dit probare Christianos debere diligere  
inimicos suos, ponet introductionem proban-  
do hanc questionem indefinitam: Chri-  
stiani debent facere quidquid Christus do-  
cuit; qua probata postea procedet ad pro-  
bandum quod Christus docuit inimicos esse  
diligendos. Ex quo tandem concludit suum  
intentio



intentum, scilicet, quod Christiani debent  
diligere inimicos suos. Cap. 5. de conf.

## Cap. 5. de Confirma- tione.

Post narrationem vel introductionem sequitur confirmatio, quae duas habet partes, nempe probationem et reprobationem. Probatio fit adducendo arguta, quibus probatur id quod intendit Orator. Reprobatio seu confutatio fit respondendo ad arguta quae objici possunt in contrarium; et in his duobus consistit praecipua vis orationis: Si enim Orator non bene probat intentum, nec reprobat arguta contraria, male persuadebit Auditoribus, ut sibi assentiantur, in quo consistit finis Rhetoricae.

Ad hoc autem ut Orator probet suum intentum, et reprobet contrarium debet prius considerare constitutionem  
sive

sive statum causa, seu illud quod recipere  
queritur: Nam circa quamlibet rem, tria  
queri possunt. 1<sup>o</sup> an talis res sit. 2<sup>o</sup> quid  
sit. 3<sup>o</sup> tandem qualis sit. Unde nascitur tri-  
plex status questionis; Si enim res talis  
est conditionis, quod non constet eam esse,  
tunc de illa quaerere potest an sit. V. g. Ora-  
tor Catholicus disputans cum haereticis ne-  
gantibus purgatorium esse, totius status  
questionis erit in probando an sit Purga-  
torium.

Quando autem res talis est, quod jam con-  
stat Auditoribus eam esse, tunc ridiculum fe-  
ret quaerere an talis res sit? V. g. Si Orator  
nunc quaereret an sit sol. Igitur in hoc ca-  
su solum debemus inquirere, quid sit, vel  
qualis sit.

Quando autem quaerimus quid sit  
res? tunc dicitur status finitionis. Si que-  
ritur qualis sit res? tunc dicitur; status  
qualitatis



qualitatis. Dum autem quaerimus an sit  
res? tunc dicitur Staty conjectura.

Posito Sta-  
tu quaestioni ex illo sequitur iudicium,  
in quo scilicet Orator adducit omnia  
arguta, quibus confirmare potest suum in-  
tentum, et dicitur iudicium, quia vij  
argutij Auditorij iudicium faciunt & Sta-  
tu quaestioni, iudicando quod res ita  
est sicut Orator confirmaverat: V. g. Si  
Staty quaestioni est, an diligendus sit  
Deus super omnia, formabit Orator ju-  
dicium proponendo eas rationes quibus  
probare potest, quales sunt istae: Omne  
bonum diligere debet: constat autem quod  
Deus est summe boni: igitur super om-  
nia diligendus est Deus.

Arguta autem quibus  
Orator uti debet ad confirmandum suum in-  
tentum debent sumi ex loci topicis  
quos

quos in precedenti libro assignavimus:  
Unde solum in presenti tractandum no-  
bis est de dispositione ipsorum argutorum,  
seu de modo quo disponi debent argu-  
menta. Et ita sit. Cap. 6. de argutione

# Cap. 6. de Argumenta- tione.

Argumentatio, qua est argutorum dispo-  
sicio praecipue dividitur in quatuor spe-  
cies, quae sunt Syllogismus, Enthymema,  
Inductio, et Exemplum. Syllogismus est  
argumentatio constans ex tribus partibus,  
seu propositionibus, quarum prima dici-  
tur major, 2<sup>a</sup> minor, et 3<sup>a</sup> vocatur Con-  
clusio, ut patet in hoc exemplo: Omnis ho-  
mo est visibilis; sed Petrus est homo. Ergo  
Petrus est visibilis.

Reperiuntur etiam in Syllo-  
gismo tres termini, scilicet major extremus,  
minor



minus extremum, et medium verbum. Ma-  
jus extremum dicitur ille terminus, qui  
invenitur in propositione majori, et in  
conclusioni. Minus extremum est ille ter-  
minus, qui reperitur in propositione mino-  
ri, et in conclusioni: Medium autem ver-  
bum reperitur in majori, et in minori pro-  
positione, non autem in conclusioni. Et  
sic in proposito Syllogismo, Ly vijibily  
est majus extremum, Ly Petrus minus  
extremum, et Ly homo medium verbum.

Oratores  
praeter partes Syllogismi jam assignatas  
quas alias addunt, quia post majorem  
propositionem, quae apud ipsos absolute  
vocatur propositio subjiciunt probationem,  
quae talem propositionem probant, et post  
minorem propositionem, quae apud ipsos vo-  
catur assumptio, collocant confirmationem  
in qua rationibus confirmat ipsam assumptionem  
Exemplum

80  
Exemplū hujusmodi Syllogismi  
clarissimum invenitur apud Ciceronem  
in Oratione pro Milone, ubi propositio  
seu major est: Invidiatores jure interfi-  
ci posse. Probatio est: Eo quod necessi-  
tatē Barbarij, ratio doctij, natura ani-  
mantibz vim vi repellere persudet. Cujus  
confirmatio conjicitur in hac ratione: quia  
scilicet Clodij in agro Milonem una cū  
uxore Lectica vechum improvisē aggressus  
fuit. Postea autem sequitur conclusio  
in hunc modum seu confirmatio in  
hunc modum: Jure igitur Clodij in-  
terfectus fuit.

Enthymema est Syllogismus decur-  
tatus: nam si ex Syllogismo tollatur propositio,  
vel assumptio, remanet Enthymema. V.  
g. Iste est Syllogismus: Omne bonū est dili-  
gendū: sed virtus est bona: ergo virtus est  
diligenda. Ex quo dupliciter fieri potest  
Enthymema



Enthymema. 1° relinquendo assumptione in  
hunc modum: Omne bonum est diligendum: igitur  
virtus est diligenda. 2° relinquendo proposi-  
tionem sic: Virtus est bona. igitur virtus est dili-  
genda.

Ex quo patet, quod Enthymema solum  
constat ex duabus partibus, quarum 1° dicitur an-  
tecedens, et altera consequens. Et post pri-  
mam partem solent Oratores adijcere eam pro-  
positionem eo modo quo diximus de Syllogismo:  
sic fecit Apostolus ad Romanos 14. v. 10. sic  
# dicens: Omnes enim stabimus ante tribunal  
Christi. Ecce antecedens: quod quidem probat in  
hunc modum: Scriptum est enim. Vivo ego dicit  
# Dñs, quia mihi flectetur omne genu, atq; om-  
# nis lingua confitebitur Deo. Et postea ponit  
# conclusionem his verbis. Itaq; unusquisque nos-  
trū pro se rationem reddet.

Cap. 7. de Inductione, et Ex-  
emplo. Inductio

31

Inductio est argumentatio in qua ex pluri-  
bus exemplis particularibus inferitur conclu-  
sio universalis, vel indefinita V.g. Hercu-  
les ex laboribus evasit gloriosus, Antea illi  
ex laboribus, illibris, Ulysses ex labori-  
bus, celebres, Laurentius et alii, martyres ex  
laboribus pro Christo perpessi apud Chris-  
tianos eternam gloriam sunt consecuti:  
igitur ex laboribus fiunt homines gloriosi  
et illibres.

Exemplum est inductio imper-  
fecta, seu diminuta, quia ex uno solo ex-  
emplo infertur conclusio particularis.  
V.g. Deus pepercit latroni ex toto corde  
veniam petenti. Igitur etiam mihi par-  
cet, si ex toto corde veniam petiero. Fre-  
quens est etiam inductionis, et exempli usus,  
non solum apud Oratores, sed etiam  
apud Poetas. Sic Ovidius lib. 4. tristibus  
Elegia 3<sup>a</sup>.

Hectora



- \* Hectora qui noscet felix si Troia fuisset?
- \* Publica virtutis per mala facta via.
- \* Ars tua Siphis jacet, si non sit in Aegrove fluitans
- \* Si valeant homines, ars tua Phebe jacet.

## Cap. 8. de Dilemmate et Sorite.

Præter argumentationis species supra assignatas, alie sunt apud Oratores, quarum 1<sup>o</sup> dicitur dilemma, sive Syllogismus cornutus, quia habet duo cornua, seu duas partes, quæ utrinque feriunt Auditores: Si enim unam negent, incidunt in aliam. Tale fuit argumentum illud quo <sup>ultimè</sup> <sup>lib. 3.</sup> Regum c. 18. v. 21. ~~Da~~ Israeliticus populus urgebat:

# Usquequo claudicabis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Similiter populus Christianus Orator urgere peccatorem in hunc modum: Vel credis te redditurum esse rationem Deo  
vel

vel non credis? Si non credis, es haereticus;  
Si credis, et male vivis, Stultus es.

Dilemma ad Syllogismum reducitur, qui implicite continet duos Syllogismos, ut patet in exemplo proxime adducto, in quo hi duo Syllogismi continentur. Primus. Qui non credit se redditurum esse rationem Deus, est haereticus. Sed tu non credis; igitur haereticus es. Alius est: Qui credit se redditurum esse rationem Deus, et male vivit, Stultus est; sed tu credis et male vivis: ergo Stultus es.

Sorites est, quae latine dici potest acervatus, seu accumulatus, quia inter se connexa accumulatur plura, ex quibus postea infertur conclusio, et communiter vocari solet, argumentatio de primo ad ultimum. Talis est illa, qua Chemy Doctes probabat, filiis suis nondum Civem esse Deum totius orbis potentissimum, quod quidem sic probabat



probabat: Europa dominatur universo  
orbi, Europa Italia, Græcia Athena, Athe-  
niæ Themistocles, Themistocli uxor, Uxori  
filii. igitur filii dominatur universo  
orbi.

Simili argumentatione vsus est Aposto-  
lus ad Romanos 10. v. 14. vt probaret quod  
erat necessarium vt Christus suos Apostolos  
mitteret ad predicandis in hunc modum:  
Quomodo invocabunt eis in quæ non audierunt?  
aut crediderunt? aut quomodo credent  
ei, quæ non audierunt? Quomodo autem au-  
dient sine predicante? Quomodo vero pre-  
dicabunt nisi mittantur? Ex quo concludit:  
Ergo fides ex auditu: auditus autem per ver-  
bum Christi. Clarissimè exemplum vobis  
propono in hac argumentatione: In  
arbore radix producit truncum, truncus  
ramos, rami flores, flores fructus. Ex-  
go a primo ad ultimum radix in  
arbore

arbores producit fructibus. Cap. 9. 2

## Cap. 9. de Epicheiremate et Collectione.

Epicheirema latine dicitur Ratiocinatio, et aliquando sumitur pro Syllogismo, multoties etiam non est Syllogismus, sed brevij quaedam sententia, quae implicite includit Syllogismum, qualis est illa Ieremiae 2. v. 19. Malum et amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum. quibus in verbis implicite continetur hic Syllogismus: Relinquere summum bonum, est malum, et amarum est, illud quod est summe dulce, et suave est derelinquere; sed Deus est summum bonum, et summa dulcedo: igitur malum, et amarum est te reliquisse Dnm Deum tuum.

Collectio inter omnes argumentationes potissima est, quia in se omnium aliarum vim continet, et ideo



ideo Oratori maxime propria: constat autem quinque partibus, scilicet, Propositione, ratione, Confirmatione, exornatione, et Completione, vel conclusionione. Sit brevis proponendo quod probare intendimus. Propositio sit breviter proponendo, quod probare intendimus. Ratio est argumentum, quo propositione probamus. Confirmatio corroborat argumentum procedens, ipsum explicando, et novam rationem adducendo. Deinde sequitur exornatio, quae clarius manifestat occultam vim argumentorum. Ultimo tandem accidit Completio, seu conclusio, quae breviter ea quae in oratione dicta sunt complectitur, et concludit id quod in principio positum fuit.

Haec sunt praecipuae Argumentationis forma, quibus debet uti Orator in confirmanda veritate, non quidem simplici Stylo, ut Dialectici faciunt, sed perornata et polita

34  
polita oratione: Cum enim orationis fi-  
nis sit persuadere, et veritatem audien-  
tium animis ingerere, ut hoc facilius af-  
sequatur, debet ipsam veritatem troppi, et  
figuris ornare: sapientius enim veritas nulla  
dupplicet, et sermonis suavitate induta  
placere solet.

Debet etiam servare ordinem  
Orator circa dispositionem argutorum, ita  
ut in principio confirmationis illud  
colloquet quod efficacius est: Si enim in  
principio in fine est confirmatio, Au-  
ditores non convincet, sed eos dubios de  
veritate reddet; et ideo debet observare  
Orator commune illud axioma: Princi-  
piis obsta. In fine etiam efficacissimum  
argutum reponet; illa vero arguta quae  
minus efficacia sunt, in medio collocabit,  
sicut fieri solet in exercitu, ubi mili-  
tes infirmi et minus fortes includuntur  
in



in medio; fortiores autem acies et extre-  
ma occupant. Cap. ult<sup>m</sup> & Epilogo

## Cap. vltimum de Epi- logo.

Epilogus latine dicitur peroratio sive  
conclusio, quia totam orationem con-  
cludit, cum sit vltima eius pars, et ideo  
debet Orator in Epilogo omnes eloquen-  
tia vires profundere, ut moveat effica-  
citer Auditores, quod quidem non conse-  
quetur, si oratio in fine languescat,  
seu debilis sit: parum enim intere-  
st bene incipere, et male finire.

Tripliciter  
autem fieri potest Epilogus, ut testat-  
ur Tullius lib. 4. tuysulanarum ques-  
tionum, scilicet, Enumerationem, Amplifi-  
cationem, et Commiserationem. Enumeratio,  
que dicitur Anacephaleosis, et Reca-  
pitulatio

35  
pitullatio, fit breviter resumenda, seu col-  
ligendo in unum omnia, quae in oratio-  
ne sparsa sunt, quod duplici ex causa  
fieri solet. 1<sup>o</sup> ad reficiendā memoriam.  
2<sup>o</sup> ad majorem argutorum vim: Virtus  
enim unita fortior; et sic arguta divi-  
sim in oratione exposita, si postea in  
Epilogo ordinentur, majorem efficaciam  
habent ad convincendum Auditorū ani-  
mos: Illud enim observandū est in enu-  
meratione, quod repetantur ea quae dic-  
ta sunt, non iisdem verbis, sed diversis:  
Veritas enim varietas enim verborum  
tedium repetitionis aufert, et Auditoribus  
ingerit delectationem.

Amplificatio in Epi-  
logo fit exhortando efficaciter Auditores,  
eosq; impellere ad hoc ut faciant id  
quod intendit Orator. V.g. Si concionem  
habuit de virtute aliqua, in fine Au-  
ditores



ditores hortabitur ad hoc ut virtutem il-  
lam amplectentur; si vero tractavit de  
vicio, eos impellet, ut recedant ab illo.  
Exemplum habet in illa oratione:  
In humanum prorsus, cujus epilogus est,  
illius verbi: Nolite itaque nolite per  
Deum immortalem in tam caeco diutius  
errore involutari eius

Commissio de ser-  
vit ad flectendos Auditorum animos  
ad misericordiam et compassionem: Un-  
de utemur ea quoties oratio tractabit de  
rebus pertinentibus ad aliquod misericor-  
diae opus, qualia sunt suffragia pro de-  
functis, eleemosina erga pauperes, Cap-  
tivorum redemptio, et similia. Simili-  
ter etiam in sermone funebri, seu in exe-  
quijs defunctorum.

In concionibus etiam  
de aliquo Sancto vel Sancta fieri potest  
Epilogus

est frequens studiu: quamvis enim me-  
 moria fragilib; sit, et infirma, tamen si-  
 cut ager sterilib;, labore, et cultura agri-  
 cola, redditur fertilib;, sic pariter ste-  
 rilib; Memoria excolendo augetur: Un-  
 de qui memoria tenui praeditus est, ma-  
 jori studio, et exercitatione indiget.

¶ Regula

est, quod facilib; retinem; in memoria  
 ea quae videm; vel legim;, quae ea quae  
 audim;, et scripta a nobis, quam ab  
 aliis: quod enim manus scribit, magis  
 imprimitur in memoria; qua de causa  
 Rhetorica a vobis transcribendam cu-  
 ravi, cu; possem libros de ea editos vo-  
 bis tradere. Ad facilius etiam addicen-  
 dum ante omnia curare debetis, ut in-  
 telligatis ea, quae addicere vultis: Me-  
 moria enim difficilib; retinet ea quae  
 intellectus non intelligit: Unde videm; quod



quod qui latina lingua intelligit, facilius addicit id quod latine scriptum est, quam si scriptum esset hebraice vel graece.

3<sup>o</sup> regula est, quod facilius et firmiter retinemus in memoria ea, quae nos ipsi proprio labore et discursu composuimus, quam quae ab alijs composita accipimus. Et ratio est, quia unusquisque libentius accipit id quod suum est, quam extranea. Idcirco experientia attestatur, quod Oratores, qui conciones ab alijs elaboratas evulgant, regulariter lapsum memoriae patiuntur, quod non ita contingit in hijs, qui orationes proprio Marte elaboratas pronuntiant.

4<sup>o</sup> regula est, quod in oratione addicenda attendi debet tempus, locus, modus, et persona dicentis. Tempus maxime aptum est matutinum, quia tunc

tunc cibis decoctis est, oculi non gravan-  
tur somno, et animus liber est, et quietus  
ab omnibus curis, et novus habet vires  
propter præcedens somnum. Idcirco  
Proverbia 8. v. 27. Qui mane vigila- #  
verint ad me, invenient me. Cui con-  
stat hypanicum illud axioma: A quien  
madruga, Dios le ayuda.

Multis etiam  
juvat ante somnum cibis, aut ter attentis  
legere, quæ postea matutino tempore  
repetantur; nam sic facilius memoria  
imprimuntur; non tamen expedit ut  
post cenam nimium studium adhibea-  
tur: hoc enim saluti, et memoria pluri-  
mum adversatur. Quod si crastina die  
oratione habiturus sis, convenit ut præ-  
cedenti nocte non multas vigiles, alia  
postridie languerent corporis vires, ad  
agendum, dicendumque cum alacritate,  
vi'



vi, et robore, et sic breviter excogitata  
oratione, et semel, aut bis impetita, som-  
num capere curabis.

Locus ad dicendum  
magis proportionatus est locus solitarius,  
nempe ab omni sociorum turba remo-  
tus, et ab omni strepitu, vel tumultu, ita  
ut nec quae audiuntur, nec quae viden-  
tur possint studium impedire: et id cir-  
co narratur de Demosthene, quod quā-  
do orationem memoria commendare  
volebat, e civitate exibat, locumq; ab  
omni strepitu alienū eligebat.

Circa mo-  
dum ad dicendi aliqua observanda sūt:  
1. si oratio proluxa sit, non debemus illā  
totam ex integro commendare memoria,  
sed facilius est illam addicere per partes.  
2. non excite dicenda est, sed voce  
submissa, quia hoc modo dum pronun-  
tiatur

88  
tiatur id quod legimus; iterum revertitur  
ad memoriam per aures, et sic fortius  
imprimatur memoria, non tamen expe-  
dit voce nimis alta addicere, quia cla-  
mor discursum impedit, et ipsa memori-  
am perturbat. 3<sup>o</sup> Non debet Orator se  
alligare verbis, hoc enim puerorum, et  
Grammaticorum est, et qui verbis singulis  
alligantur, si deficiat unus, reliqua sta-  
tim deficit oratio, ut in multis huiusmodi  
~~orationibus~~ Oratoribus monstravit expe-  
rientia. Dicit ergo Orator sua oratione,  
seu concionem magis attendendo ad sub-  
stantiam quam ad verba.

Quantum ad per-  
sonam dicentis, in primis oportet quod ille  
qui debet addicere, sit liber, et vacuus  
ab occupationibus, perturbationibus et  
curis, quia si animum habeat extra  
divagantem, quamvis oculis orationem  
appiciat



appicial; non ideo eam in memoria retine-  
bit: Quapropter dum aliquid breviter  
vultis abdicere, omnem aliam curam de-  
ponite, et animum unice studio, et lectio-  
ni impendite.

Alia sunt praeter haec quae  
diximus praesidia, quibus naturaliter me-  
moria adjuvari potest. 1. temperantia  
in cibo et potu, nam nimium cibum vel po-  
tuum memoriam ledunt; cibi etiam hu-  
midiores, ut caseus, lacte, olea, legumina,  
pices, et alia huiusmodi memoriam in-  
firmam reddunt, nisi parce, et raro eis  
utamur. Et contra memoriam adjuvant  
cibi calidiores, et sicci, ut panis cum coctis,  
carnes assae, allia, zingiber, mel, nux-  
myrica, cassia, et alia huiusmodi.

Somnus  
etiam memoriam conservat, dummodo  
nec nimis longus, nec nimis brevis sit; ad  
summum

summa autem septem, vel octo horar. dor-  
 mire saty est. Et immediate post canam,  
 nec dormiendum, nec studio vacandum  
 est, sed ad minus per spatium dimidia  
 hora deambulandis, post prandium ni-  
 hil aut parum dormiendum, iuxta co-  
 mune axioma: Post prandium nihil  
aut parum dormire, post canam vero  
nihil passus ore. Somnum etiam sus-  
 cipere debemus, corpore non iure dorsum,  
 sed in laty dextrum ea porrecto, aliter  
 enim capiti, et memoria multu nolet.

Medicina

etia plura prescribit remedia ad au-  
 gendam et corroborandam memoriam,  
 sed melius et tutius est studio, et indust-  
 ria memoriam juvare, quod medicina,  
 quia medicamenta, quae ad hoc af-  
 ferantur, quamvis memoriam augeant,  
 tamen regulariter vitam minuunt,  
 et.



et aliquem ex corporeis sensibus totaliter  
adimunt, ut mihi experientia constat:  
Unde vobis consulo, ut omnes huius reme-  
diorum, quae magis, ~~quae magis~~ Pharmacopola,  
quam oratorum, iuge studiumque  
continuum amplectamini: Hoc enim  
est precipuum, et securus medicamentum  
ad memoriam adjuvandum.

## Cap. vltimū de memo- ria artificiali.

In precedenti capite egimus de remediis  
quibus augeri potest memoria naturalis,  
nunc autem tractandum restat de arti-  
ficiali memoria, et de modo quo acquiri  
debeat. Primum quo advertendum est iux-  
ta ea quae supra diximus, quod firmius  
imprimatur memoria id quod oculis  
cernimus, quā id quod auribus percipimus,  
ut docuit Horatius in Arte Poetica  
hij

hijs verbis: *quod dicitur in 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.*

\* Signis irritant animos demissa per aures  
\* Quae quae sunt oculis subjecta fidelibus, utro.  
Unde memoria artificialis acquiri de-  
bet per ea quae videmus, et praecipue per  
loca, et figuras, seu imagines: videmus  
namque quod viso aliquo loco, statim  
recordamur de hijs quae in tali loco no-  
bis acciderunt, et visa imagine mox re-  
vocamus in memoriam id cuius est  
imago.

Locus quem debemus eligere com-  
munis erit, et nobis notissimus, qualis  
esse solet, vel templum, vel palatium quae  
a nobis saepe videri et frequentari so-  
lent; Postea vero locus ille distribui de-  
bet in tot partes, quot sunt orationis  
membra, ita ut unicuique parti illius lo-  
ci alia orationis pars correspondeat. V.  
g. si locus est templum, Campanili  
attribuit.



attribuitur Exordium, Frontispicio Mar-  
ratio, portæ confirmatio, et fundamenti  
Epilogus, vel e contra.

Deinde figuris seu ima-  
ginibus uti possumus vel ad retinendas in  
memoria eas res de quibus tractat oratio,  
vel verba. Ad exprimendas res aliquod  
signum depingimus quod ipsas primo intui-  
tu nobis representat: Sic anchora na-  
vigationem significat, arma bellum,  
rete piscationem, et instrumenta cujus-  
libet artis, talem artem significant.  
Similiter etiam persona designantur  
per propria insignia. Sic Pontifex de-  
signatur per Chiaram, Imperator  
per Diadema eius.

Verborum, vel vocum  
imagines conjungunt in alij vocibus  
similibus, et que sunt nobis magis fa-  
miliares. V.g. Si meminisse volumus  
quodnam

quodnam sit nomen prima littere Dna-  
corum qua dicitur Alpha assumemus  
nomen illig herba nobis nota qua appel-  
lamus Alphaus hispanice Aphilpha,  
et similiter nomen littere Beth nobis  
occurret in memoriam, vel per vocem  
ovij balanti, vel per nomen Bet, quod  
apud nos est Elizabeth abbreviatu.

Si plures  
voce inter se composita velimus in me-  
moriam retinere, ea earum litterarum initia  
libi vocem unam componimus. v. g. haec dic-  
tio Debraude significat libros Sacrae  
Scripturae hystorialis et eorum nomina: Nu  
9. Genejij. E. Exodg. L. leviticij. Nu. Nu-  
meri. D. Deuteronomio. E. Evangelia.  
Ad huius exempli similitudine, vos alia  
fingite.

Eandem observandum est circa  
memoriam artificialem, quod hoc melius  
acquiritur



acquiritur si res difficiliter addiciatur per eas  
quae nobis familiariores sunt, et ad quas  
majorem habemus inclinationem, quod quid-  
dem patet in eo quod refertur de quodam  
mercatore, qui cum esset solertissimus in re  
pecuniaria, in re Christiana ita erat he-  
bes, quod multos per annos oratione Do-  
minicam nunquam potuit addicere, do-  
nec a prudenti viro ita eruditus fuit: Sup-  
ponamus quod Pater noster tibi debet  
centum aureos. Qui es in caelis, totus de-  
Sanctificetur. Ducentos, et nomen tuum  
trecentos. Dic mihi nunc, qui nam sunt  
qui tibi debent? Cui statim respondit: Pa-  
ter noster qui es in caelis, sanctificetur no-  
men tuum. Plura alia assignant Auc-  
tores ad memoriam artificialem compa-  
randam. Sed ea quae adduximus suffici-  
unt nunc, imo nec ita necessaria sunt,  
ut sine illis non possit memoriam  
consequi

consequi, si tam frequenti excolatij stu-  
dio: Ac proinde sint satij de memoria,  
et de ipsij regulij. Et ita sit liber vlti-  
mus de Pronuntiatione. hodie cy

## Liber vltimus de Pro- nuntiatione.

Pronuntiatio, quae etiam ab antiquis  
Auctoribus dicitur actio est vocij, et cor-  
porij moderatio accommodata ij quae  
in oratione dicuntur. Quamvis autem  
ultimo numeretur inter partes Rheto-  
rica, tamen Demosthenes eam praepo-  
suit omnibus illis, et Cicero dixit, om-  
nium aliarum esse Dominam, quod quis-  
dem comprobatur experientia: Videmus  
enim, quod oratio, quae in se optima  
est, si Orator eam male pronuntiet,  
auditoribus



Auditoribus non placet, et e contra, oratio  
qua in se tantum est mediocri, si optime  
ab Oratore pronuntiatur, Auditoribus op-  
tima apparet. Et sic Inventionis acumen,  
Dispositionis prudentia, Elocutionis or-  
natus, et memoriae felicitas illudrem non  
reddent ~~non~~ Oratorem, si male orationem  
pronuntiet. Unde in hac ultima parte, Re-  
gulas ad optimam Pronuntiationem con-  
ducentes trademus.

Optima autem Pronuntia-  
tio duo respicit, scilicet vocis sonum, et cor-  
poris motum, quia haec duo concurrunt in  
Pronuntiatione oratione, et in utroque pec-  
cari potest. V. g. in voce, si nimis extol-  
latur, quando extollenda non est, et in  
motu corporis, si fiat deorsum, quando  
fieri debet sursum, vel e contra. In  
presenti ergo docebimus quomodo mode-  
rari debeat vox, quod faciemus in se-  
quenti

quenti capitulo, et postea de moderatione  
motu corporis loquemur. Et ita sit.

## Cap. 1. de voce mode= vanda.

In voci moderatione quatuor assignat  
conditiones Quintilianus similes illis  
quas pro Elocutione assignavimus. Et sic  
vox in pronuntiando debet esse emen=  
data, aperta seu clara, ornata et con=  
grua. Emendata erit Pronuntiatio, si  
voce illo sono pronuntientur, qui pro=  
prius est illius lingue in qua loquitur  
Orator: Multoties enim eadem vox cu=  
iisdem literis pronuntiari debet uno mo=  
do in una lingua, et alio modo in alia.  
V.g. haec vox amor Latine pronuntietur  
cum accentu in penultima; Hispanice  
autem dicimus amor cum accentu in  
ultima. Et etiam haec vox trompeta di=  
verso



verso pronuntiatur a nobis, et ab hispanis.

Erit aperta seu clara pronuntiatio, si voces integræ cum omnibus suis syllabis et literis pronuntientur, et etiam si non sit nimis velox; fieri etiam debent distinctiones, ita ut in qualibet periodo, seu puncto finali paugetur aliquantulum. Similiter etiam fiat aliqua morula in qualibet inflexione, seu coma, sed non tanta sicut in puncto finali.

Erit ornata pronuntiatio, si pro rerum varietate diversis formis et figuris exprimatur, ita ut vox modo sit dulcis, modo aspera, nunc submissa, nunc alta, modo accelerata, modo tranquilla: et ideo alio modo exprimitur vox dum narramus, alio modo dum exhortamur, alio modo dum admiramur,  
alio

observandū est, ut gestus ipsius corporis  
proportionetur cum iis quae dicuntur,  
et cū animi affectibus. Ut igitur a toto cor-  
pore ordiamur, status debet esse erectus, nō  
incurvatus, nec supra pulpitu decumbens.  
Et ideo frequenter corporis mutatio in utraq[ue]  
partem reprehendi solet, quod qui fa-  
ciunt enaufragro lintre loqui videntur.  
Deinde quantum ad singula corporis mem-  
bra observari debent ea quae sequen-  
tur.

1. caput sit erectū, non nimis ela-  
tum, quia superbiā denotat, sed modicē  
erga auditores inclinatum, nec illud le-  
viter, et saepe movendum est, quia hoc  
mentis levitatem denotat, comam etiā,  
seu crines aptare est vanitatis indicium.

2. vultus  
accommodari debet verbis & quibus trac-  
tamur: Et sic in verbis laty, hilaris. In  
tristibus



tristibus, malis. In reprehensione, severo.  
In exhortatione, benignus. In iracundia,  
iratus est. Vultum etiam ita componet Ora-  
tor, ut omnes auditores, quantum fieri po-  
test, eius os intueri possint, nec ita se ver-  
tat ad aliam partem, ut aliquo modo con-  
vertat ad altare dorsum, ad Principem, vel ad  
majorem auditorum partem.

Irons corruga-  
ta et demissa pudorem indicat, serena  
et explicata laetitiam, et clementiam os-  
tendit. Supercilia sublata arrogantiam  
manifestat. Demissa verecundiam, seu  
tristitiam: Cum alterius est sublata, et  
alterum dejectum, crudelitatem.

Oculi ac-  
tiones manuum comitari debent. Et sic  
quando manus elevantur, oculi etiam  
elevandi sunt, et quocumque se vertat Ora-  
tor, oculos etiam convertere debet. Ca-  
veat

45  
Vcat autem ~~ne~~ semper oculos habeat  
defixos ad hanc partem, nec pariter et  
tectum aspiciat, quasi essent ~~quasi essent~~  
aures: est enim naturale eos respicere  
quibuscum loquimur. Naves frequen-  
ter et sine causa emungere, vitiosum  
est, sicut etiam palliolo sudorem ex-  
tergere, quod multi non necessitati, sed  
vanitatis causa faciunt. Labia cito mor-  
dentur iracundia denotat, ea lambere,  
indecorum est, sicut etiam linguam  
extrahere.

Manus loquacissimae sunt, nam  
caeterae partes corporis loquentem oratorem  
adiuvant, manus vero ferè loqui vi-  
dentur; adeo ut multi per manuum et  
digitorum actiones, absque ulla voce  
se mutuo intelligant. Proinde pro-  
nuntiatio absque ulla manuum motu  
quasi mortua videtur, non autem  
semper



Semper, nec eodem modo, pro quo sequen-  
tes regulæ proponuntur.

Primo in ora-  
tionis principio, non statim movenda  
sunt manus, sed paululum quiescant:  
postea per totam orationem non quiesce-  
re debent, sed semper loquentem orato-  
rem comitentur, nec debent esse nimis  
extensa, ac si vellem alapam impin-  
gere: Digiti etiam non sint nimis di-  
juncti: Pollicem poterit aliquando ex-  
tendere, aliquando conjungere cum in-  
dice, præcipue in descriptione, vel con-  
firmatione. Quæ dividenda sunt, mo-  
do hac, modo illa manu dividuntur, inci-  
piendo a dextera, vel etiâ indea dex-  
tera efficere potest divisione in digiti  
manus sinistrae, præterquam in his casi-  
bus, manus sinistra nunquam debet  
moveri sola, sed simul cum dextera,  
et

et hoc non semper, sed solum in casu,  
huius sequentibus. 96

In admiratione utraque  
manus elevari debet respiciata uni-  
formiter, ita ut una non plusquam al-  
tera elevetur, et in hoc casu palma  
utriusque manus verti debet verso au-  
ditores, ita taliter, quod aliquo modo  
se invicem respiciant. In exhortatio-  
nibus manus etiam amba moveri debent  
deorsum erga auditores, ita ut palmae res-  
piciant sursum, et aliquantulum inter se.  
In demonstratione doloris digitorum impli-  
citis et cancellatis debent manus ad moveri  
circa pectus.

Præterquam in casibus assignatis  
moveri non debet utraque manus simul, nisi  
res de qua agitur, ita postulet, et in hoc  
peccant aliqui, qui continua brachiorum  
jactatione, irrequieto corporis motu, potius  
videntur



videntur digladiari, seu pugnare, quam dicere. Manu etiam dextera non semper eodem modo debet moveri: quando enim aliquid demonstramus, moveri debet indice extenso, dum comminamur, dexteram elevare debemus versus humerum, et illam crebro movere; Sapius complodere manus sicut et percutere pulpiti vitiosum est: fieri tamen poterit in fine alicujus gravissimae sententiae, vel in vehementioribus affectibus.

Manu tam dextera quam sinistra nunquam elevari debet supra caput, nisi res de qua agitur hoc postulet, ut in hoc casu, quo orator tractet de corona capiti imponenda, seu de capite defendendo contra vulnus, et in alijs similibus, quos natura ipsa, et experientia docet: In quolibet etiam manuum motu observare debet orator, ne ridiculos digitorum gestus faciat

faciat, sed digiti paululum incurvat<sup>vi</sup>, non  
nimij ~~disjuncti~~ disjungi, sicut etiam non  
nimij conjungi debent.

Præter hujusmodi  
præcepta Orator in suo tyrocinio ~~advertat~~  
animadvertat ea in quibus peccat, et dum ab  
aliis admonetur, procuret corrigere se, nec  
illa vitia habeat in consuetudine, quæ postea  
difficile corrigere poterit: Observet etiam  
attentis oculis alios Oratores dum pro-  
nuntiant, et quod viderit in illis sibi pla-  
cere, imitari procuret, quod autem displicet,  
evitare seu fugere studeat: Sic namq[ue] ex-  
perientia docente excellentissim[us] Orator  
evadet, ut multum contigisse dicitur. Et hæc  
dicta sint satis de Rhetorica et eius par-  
tibus, ad laudem Omnipotentis Dei, sine  
cujus numine nullus perfectus potest es-  
se Orator. Hodie

Satis de arte Rhetorice. ~~est~~ ~~M. Serra~~  
Serra Judicis Rhetorice. -ini-



Finis habet finem nemo sine crimine a vivit

Finis coronat opus

Finis habet finem Deus est sine crimine vivens

Lauri Dec, Angelicorum Doctori, di-  
vinae veritatis fidelissimus inter-  
prati  
Martina Serra Philosophiae  
ac sacrosanctae Theologiae Thomisticae in Balcani U-  
niversitate ~~prof.~~ Auditor

Quintus inest Thomae Doctor, quem Roma <sup>luctus</sup> ~~causa~~  
Quintus Papa Pius decoravit Lumina tanta

ff

98

Finis habet finem; nemo sine crimine vivit

Finis Coronat Opus

Finis habet finem Deus est sine

Crimine vivens

Lary Deo Angelicoq<sup>3</sup> Docto<sup>r</sup>

ri Divinae voluntatis fidelis  
mo inter patri

Quintus inest Thomae Doctorque Romae <sup>fulgur</sup>

Quintus papa qui hunc decoravit lumina sacra


Et Sacrum Thomae Quintus Doctorque hincq<sup>3</sup>


















































Almohar  
Cerritos  
recondo  
Lena

Long ...

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..







Mundus ceteras subpedibus



